# INSTRUCTIO PRIVATA, *SEU* TYPUS CURSUS ANNUI, *PRO* SEX HUMANIORIBUS CLASSIBUS *IN USUM* MAGISTRORUM SOCIETATIS JESU *EDITUS.*

Annô Salutis M. DCC. XXXV

*TYRNAVIÆ,*
Typis Academicis, per Leopold[illegible]n Berger.

ERGo FRANCISCUS MOLINDES, Societatis JESU per Provinciam Auſtriæ Præpoſitus PROVINCIALIS, poteſtate mihi factâ ab Admodum Reverendo Patre Noſtro FRANCISCO RETZ Præpoſito GENERALI Facultatem concedo, ut *Inſtructio privata ſeu Typus Curſûs annui pro Sex Humanioribus Claſſibus, in uſum Magiſtrorum Societatis Jeſu* conſcriptus, & â tribus

 me

memoratæ Societatis Patribus de more reviſus & approbatus, typis mandetur. In quorum fidem meâ manu ſubſcripſi, & conſuetum Officii Sigillum appreſſi. Viennæ 18. Octobris 1735.

(L. S.) *Idem qui ſuprà.*

# PRÆFATIO.

DUdum optavit Provincia noſtra, ut certa quædam, ſtabilis, omnibúſque Gymnaſiis communis docendi methodus conciperetur, indéque deſiderata tandem uniformitas obtineretur. Uniformitas hæc tria complectitur 1. Ut eædem exercitationes; 2. Eádem methodô; 3. Eodem tempore ubique tractentur; ſic, ut qui quovis tempore, quodvis Provinciæ Gymnaſium, Scholámve ſubiret, in idem omninò exercitationis genus incideret.

Equidem exercitationum harum genera ſingula, eas tractandi methodus, & minuta temporum diviſio in ſapientiſſima ſtudiorum ratione pulcherrimè deſcribuntur, quia tamen eadem diſertè excipit; Hunc ordinem ad Provincialis præſcriptum pro loci conſuetudine immutari poſſe, dummodo eædem omninò exercitationes, & eadem ſpatia temporis retineantur, & in ſemel cæptis conſtantia ſervetur, quemadmodum variæ Provinciæ privatas Inſtructiones pro Magiſtris nempè ad rationes ſuarum regionum accommodatas confecêre, ità è Superiorum præſcripto adumbro nonnulla, quæ noſtræ Provinciæ Magiſtris cùm ad laboris ſublevamentum, tum Scholæ majorem utilitatem uſui eſſe poſſint.

Ut eædem ubique Exercitationes haberentur, opera ſcholaſtica, alterum pro Parva & Principiis, alterum pro Grammatica & Syntaxi, Poëſi & Rhetorica ſingula in eum modum concinnata ſunt, ut non Alvari modò & Cypriani Præcepta, ſed & Authores prælegendos, aliáque ad quamvis claſſem pertinentia continerent; cùm experientiá longâ conſtet, à tenuioribus parentibus impetrari non poſſe, ut præter opus ſcholaſticum, authores, alióſque ſubſidiarios libellos, vulgò receptos filiis comparent; nec fieri poſſit,

*quin ſine hac tam neceſſaria ſupellectile curſus ſcholæ perturbetur, parùmque fructuoſum ſit. Itaque nemo quantumcunque pauper erit admittendus, quin ſcholaſticum hunc librum ſecum afferat; nempe & levis pretii, & in duos annos ſerviturum, & in quo omnia habeat.*

*Ut* methodò eâdem *tractentur omnia, mirum in modum ſerviet, is, quem ſubjicio, Typus, ſeu Inſtructiones, quibus ſingillatim deſcribitur, quæ in dies anni ſingulos exercitatio, quâ formâ, & ordine tractanda ſit; ut adeò nihil præcogitandum Magiſtro, quid in dies præcipuè in ſcholæ agendum, ut qui anni totius curriculum unâ velut in tabulâ expanſum habeat, ac confidere poſſit, ſi eam Methodum ſecutus fuerit, officio ſe ſuo cum Diſcipulorum utilitate ſatisfacturum.*

*Ut* eodem tempore *tractentur omnia, Horarum diviſio, quam infrà ſubjicimus, tam debet eſſe firma ac immobilis, nec ſecùs, ac in altioribus ſcholis ad Clepſydram dimenſa, ut (quod Italicis, Belgicis, ac fortaſſe aliis Provinciis uſitatum) mox ac Janitor, ſeu Paterfamilias horam indicârit, abruptâ priore ad aliam exercitationem tranſeatur. Ea temporum diviſio, ut pueris ipſis conſtet, in quavis ſchola in tabella appendetur, ac curabitur à Patre Præfecto, ne præſcriptus ordo à quoquam Magiſtrorum perturbetur; aut ſi turbatus fuerit, P. Provinciali inter puncta Informationis ſignificabitur.*

*Exercitationes porrò ſcholæ ſunt decem. 1. Lectiones. 2. Correctio Thematum. 3. Explanatio Authoris. 4. Explanatio Alvari. 5. Concertatio, examen, repetitio. 6. Scribendi argumentum. 7. Græca lectio & ſcriptio. 8. Hiſtoria ſeu Eruditio. 9. Academiæ. 10. Declamationes. De ſingulis quædam generatim, tum etiam de quavis ſchola ſingillatim obſervanda ſunt.*

# DE SINGULIS SCHOLÆ EXERCITATIONIBUS GENERATIM OBSERVANDA.

## I.

## *De Exercitatione Memoriæ, ſeu de Lectionibus.*

1. NE in ipſo Scholæ aditu ordo turbetur, Magiſtros perinde ùt in altioribus ſcholis poſt ſecundum ſignum, ſtatim adeſſe oporteret; ac Præceptores, ſi quid cum iis agendum, poſt Scholas rejicere.

2. Lectionum penſa, quàm moderata; nec alia præter præſcripta imponentur pueris. Quæ verò ex Alvaro præſcripta ſunt, minimùm ſemel ac iterum, quin, ſi fieri poſſit, etiam tertiò ediſcentur.

3. Lectiones ùt hactenus poſt primum ſcholæ ſignum â Decurionibus excipientur; tum unus pluréſve publicè recitabunt, quo tempore item reorum cauſæ cognoſci, & expediri, mulctæque litterariæ repræſentari poſſent.

## II. *De Correctione Thematum.*

CUm in Provincia noſtra, plerique diſcipulorum argumenta jam a Domeſtico Pædagogo correcta afferant,

rant, in his non admodum morandum, & ſi quæpiam errata notata fuerint, ignorantium tamen Præceptorum famæ publicæ parcendum.

2. Quæ verò in ſchola compoſita fuerint, ſi fieri poteſt, omnia domi revideat, & in ſchola optimorum vel ultimorum quæpiam publicè legat; corrigátque, quæ contra Grammaticæ, Ortographiæ, interpunctionum regulas peccata fuerint.

3. Non eſt dictandum totum argumentum correctum; id enim etſi ſuam utilitatem habeat, faciet tamen, ut dum errata indicat Magiſter, minùs attenti ſint, nec ad ſua in theca corrigenda manum admoveant; præterquam quod & temporis diviſionem, quæ inviolata eſſe debet, graviter perturbari neceſſe eſſet.

## III. *De Explanatione Authoris.*

Circa Authoris explanationem obſervandum 1. Hanc prælectionem maximi eſſe momenti, & omnium primô locô habendam. 2. Quinam Authores ſint prælegendi. 3. Prælectionis forma ac Methodus. 4. Ratio diſcipulos inter explicandum attentos ſervandi.

I. Si qua in re ſtudiorum rationi religiosè obtemperandum eſt, certè hæc toties inculcata Authorum claſſicorum prælectio ita tractanda eſt, ut primum locum teneat, ſecundum Præceptorum explanatio. Exterarum quarumpiam ſcholarum Profeſſoribus tanti momenti viſa eſt, ut ſola Authoris explicatione *totam* Linguæ Latinæ diſciplinam contineri exiſtiment, nec in explanandis regulis breves ſint duntaxat, ſed ne Thematum quidem ſcriptione divexari velint diſcipulos, ea ratione uſi: ſeu enim, ajunt, quinûm aut ſenûm verſuum (ex authore) thema jam conſtructum in Grammaticæ regulas *reſolvere* doceantur; ſeu ordine converſô diſſolutum vernaculum ſecundùm easdem regulas *conſtruere* jubeantur, dubium manere, utrum alterô magis profuturum ſit. Quin hanc per exempla viam, ad veræ latinitatis cognitionem, brevio-

viorem fore: Quantùm enim temporis & operæ ponendum eſt, dum dictatur Thema vernaculum; domi componitur; à Pædagogo emendatur; deſcribitur; denuò in ſchola corrigitur; quantò citiùs idem jam conſtructum ad ſuas regulas expenderetur? Non equidem negligendam præceptorum explanationem, ſed nec iſta explanari poſſe meliùs, quàm allatîs plurimîs exemplîs; & exemplîs in authore occurrentibûs, non ſolùm illuſtrari, & memoriæ defigi regulas, verùm & in perpetuò contextu latinos Idiotismos, horúmque à vernaculo diſcrepantiam meliùs percipi, in quo maximè ſita eſt latinitatis cognitio. Ità quidem illi.

Aliud verò non Societati tantùm noſtræ, ſed Univerſitatibus exteris plerisque videtur, hanc nempe *componendi*, ac ſcriptionis rationem, cum altera *reſolvendi*, ſeu authorem prælegendi, ità conjungendam, ut altera alteri ſit adjumento. Quanti autem ſapientiſſima noſtra ſtudiorum ratio faciat hanc prælectionem, ſatis oſtendunt tot Regulæ, quibus huic non modò tantundem temporis, ac præceptorum explanationi, ſed etiam matutinum tempus, nempè pomeridianò opportunius aſſignatur. Certè quàm diu hæc exercitatio urgebitur, florebitque, florebunt Scholæ noſtræ, diſcipulósque proferent egregiè inſtitutos.

II. Prælegendi authores operibus ſcholaſticis inſerti ſunt, nimirum pro omnibus claſſibus Cicero; præterea in Parva Phœdrus, in Principiis Cornelius, in Grammatica Julius Cæſar; in Syntaxi Curtius; in Poëſi & Rhetorica Livius, Tacitus, Virgilius, &c. ſublatáque eſt, quæ valebat hactenus, diſcipulorum excuſatio, quorum pauciſſimis præſcriptorum Authorum copia erat. Plura quidem, quàm per anni curriculum exponi poſſint, afferuntur in opere; nimirùm, ut ſupereſſet, quæ domi vel mulctæ nomine, vel ſuâpte è latino germanicè verterent, certè intelligere ſtuderent diſcipuli.

III. Prælectionis forma in eo eſt, ut *primùm* repeta-

 tur

tur heſterna prælectio, tum ſubjiciatur nova. Repetet autem vel Magiſter ipſe breviter heri dicta; vel (quod expedire videtur) totam ab quopiam ê peritioribus, vel partes à pluribus repeti jubebit; nemine tamen antè admonitô, ut parati omnes adveniant. Qui imparatus fuerit, hæſerit, obmutuerit, ne ſinè pæna, ac loci ſaltem dignioris mutatione abeat.

Prælectionis novæ forma in ſingulorum Magiſtrorum regulis pulchrè expreſſa eſt 1. Ut Prælectionis argumentum totum continenter latinè pronuncietur; ejus deinde ſenſus & cum prioribus connexio vernaculô ſermone exponatur. 2. Percurrantur partes periodi ſingulæ, quibus vernaculæ ſignificationes ſubjiciantur; ſimul latinarum vocum vis, origo, & Etymologia explicetur.

3. Partes Periodi ſingulæ ad Grammaticæ regulas expendantur, quæ verba quos caſus regant, quæ concordia verbi cum Nominativo &c.

4. Exponentur ea, quæ ad latinitatem pertinent, nempe Idiotiſmi ſeu Phraſes, ſi quæ occurrant; oſtendetur, quantùm à vernacula noſtra differant, ùt ſenſus idem aliis, aliíſque verborum formulis Germanicè reddi poſſit? Licebit autem latinas ejusmodi obſervationes, & Phraſes quàm breviſſimè dictare, ùt regula monet.

Præter quatuor has partes, duas inſuper adjicit P. Juventii *Methodus diſcendi & docendi:* Eruditionem, & mores, nempe ut ea quoque inſpergantur, quæ è vetere Hiſtoria, fabulis, adagiis, Græcorum aut Romanorum ritibus, ſacris &c. occurrunt, vel quæ ad formandos mores, inſtillandum pietatis ac virtutis amorem faciunt. E quo videas, quàm meritò regula 27. præcipiat, ne Magiſter ſubitò ac tumultuariò, ſed ea, quæ domi præcogitârit, ſcripſerítve, in ſchola tradat. Paradigmata rem facient planiorem.

IV. Ea verò eſt puerulorum levitas, incogitantia, diſſipatio, aliò oculîs, *animóque* evagantium, nec, quæ audiunt, audientium, ut totus hic interpretandi labor minimum

nimium fructûs relaturus ſit, niſi excitandæ attentionis alias, aliáſque identidem induſtrias excogitet Magiſter. *Prima* eſt, ſi, quod ſuprà monui, ſingulos ad pridianam prælectionem repetendam paratos eſſe oporteat. *Altera* eſt, ſi perſuadeant ſibi omnes, quidquid explicatum fuerit, certiſſimè rediturum in argumento, nec id ſinè multis erroribus compoſitum iri ab eo, qui ad explicationem ritè animum non attenderit. *Tertia:* ſi apertum ante ſe librum, libellúmque ad id paratum habeant, cui dictatas Phraſes inſcribant, die Sabbathi Decurioni exhibendum. *Alia*, ut inter explicandum identidem hunc, illúmve roget, quidnam nunc dictum? quæ ſit hujus vocis, vel Phraſis notio &c. ſi non conſtet ſibi, alibíque animô fuiſſe deprehenſus fuerit, pœnam dabit extemplò, nullô pactô condonandam v. g. ut totam eam explicationem Germanicè verſam poſtridie afferat &c. Niſi qui in exigendis ejusmodi ſeu mulctis, ſeu pœnis *conſtantem* ſeveritatem adhibuerit, multum agendô actum aget, atque de puerulorum, plumâ leviorum attentione bona fide deſperet.

Cavendum item Magiſtro, ne nimiùm ingerat, nec in infimis ſcholis ſuprà ternos aut quinos verſus explicet, Una Periodus ritè enucleata, & à pueris plenè intellecta plus lucis affert, ac multæ leviter ac properè decurſæ. Plurimùm verò ad conſervandam attentionem faceret, ſi ſub finem anni quemadmodum è Præceptis, ità & ex authore examinandos ſe, meliúſque reſpondentem præmiô donandum ſcirent.

## IV. *De Explanatione Præceptorum.*

PRæceptorum Alvari explanatio minùs habet difficultatis, de qua iſthæc ferè habet Regula, 1. ut cuivis claſſi præſcriptus liber primìs quinque menſibûs ità explicandô abſolvatur, ut quinquemeſtri altero ſemel ſaltem repeti poſſit. 2. Ut una explicatione ne plus unô præceptô exponatur; ſi verò difficilius aliquod incidat, unô

aut pluribûs diebûs recolatur. Quæ verò in quavis claſſe ſint difficiliora, ac pluribûs inculcanda, in privata Inſtructione reperiet.

3. Illud verò cumprimis cordi habeat Magiſter, quod ibidem regula monet? *Res potiùs, quàm verba Regulæ perpendenda.* Illos verò Alvarus ipſe pluribûs annotationum ſuarum locîs graviter reprehendit, qui vel in ipſis Grammaticæ præceptis, de *logicis ſubtilitatibus multùm admiſcent*, nempe, quæ ad latinæ linguæ perfectionem, quæ ſpectanda eſt unicè, nec conferant quidquam, & impedimento ſint. Qui nodos quærunt in ſcirpo; difficultates quasdam, exceptiones, obſervatiunculas non vulgares è Grammaticis neſcio quibus, conquiſitas, minimi nempè pretii merces miſeris obtrudunt in ſchola, tricíſque divexant nihil unquam profuturîs, deplorandâ temporis jacturâ, magnóque ſuo labore obtundunt, quos erudiendos accepêre diſcipulos. Erunt qui deſerent cæpta litterarum ſtudia, apud quos alioquin etiam utilis omnis opera perdita eſt; qui ea proſequentur, & alterutri è tribus facultatibus ſe addicent, hos uſus ac lectio haud paulò faciliùs edocebit. Hôc conſiliô locupletibus notis illuſtrata eſt Alvari Syntaxis, Ars Metrica, Candidatus Rhetoricæ, Cypriani Rhetorica, ut præter ea, quæ libro ſcholaſtico inſunt, nihil inſuper addat Magiſter. Multò magìs cavendum, ne de ſuo quicquam dictet, id quod nec ſinè certa præſcripti temporis perturbatione fieri poteſt, & à Regula ſemel ac iterùm diſertè prohibetur.

4. Forma hujus prælectionis ea eſt, ut quod ſuprà de Authore dictum, ante novam explicationem heſterna repetatur. Fiet hæc repetitio vel ab ipſo magiſtro, vel diſcipulorum concertatione, quæ in eo conſiſtit, ut ſinguli nemine exceptô domi parata quæſtione provocent æmulum; minimè impunè abire permiſsô, qui vel hanc non attulerit, vel provocanti non ſatisfecerit.

Nova prælectio propoſitam Alvari regulam, & ſubjectum regulæ exemplum vernaculè aliîs, alíiſque circumlocu-

locutionibûs exponit. Cùm verò præcepta pleraque alioquin ſint dilucida, nec difficilis intellectionis, plurimus explicandi labor in eo verſabitur, ut exempla domô afferat plurima, quorum alia ipſe exponat, alia diſcipulis reſolvenda det.

## V. *De Scribendi Argumento.*

AGendum primò de materia argumentorum, de forma deinde. *Materia* ejusmodi eſſe debebit, quæ vel ad mores formandos, vel eruditionem appoſitum quid contineat. Vaga, ac frivola, de rebus nihili agentia themata, & externorum obtrectationibus expoſita ſunt, & meritò à Quintiliano Præceptore optimo reprehenduntur.

2. Etſi è morum & eruditionis doctrina latiſſimè patente Magiſter pro arbitratu ſuo deligere poſſit, poſtquam tamen libelli Hiſtorici inducti ſunt, ex his ipſis ſcribendi materiam ſumere pleriſque placuit, cum ſylvam ſubminiſtrent uberrimam, ad quam omnes Alvari regulæ aptari, exigíque poſſint. Nec tamen eorum inſtitutum probo, qui inde ab ſuæ Hiſtoriæ primâ paginâ continuatô textu themata producunt, ac, quod fit, vix quartam libelli partem exhauriunt. Præſtabit fortaſsè, haud ità ſe alligare, ac vel unam aliquam Hiſtoriæ partem illuſtriorem, vel plures præ cæteris & documentorum moralium, & eruditionis feraciores pertractare.

2. Nemo tamen his ſe ità aſtrictum exiſtimet, quin alia utilia argumenta deſumere liceat, qualia eſſe poſſunt: Vita Ciceronis ex Maſenio, Antiquitates, Ritus &c. Romani ex Cantebio, Lipſio, Neuport. Exempla vitiorum & virtutum ex monitis Lipſii, Valerio Maximo, Alvarez de Paz, Roſignolio, Hortulo Mariano. De affectibus, ſeu Paſſionibus variarum ætatum & conditionum è Rhetoricis Ariſtotelis. Selecta adagia cum morali doctrina è Roterodamo. Sententiæ Ciceronis & aliorum authorum illuſtratæ. De morum Civilitate. De Moribus Nationum ex Barclaii

Icon.

Icone. Tractatulus Geographicus ex Hübnero. De re Cibariâ, Veſtiariâ, Æconomicâ, Bellicâ, Nauticâ, &c. ex apparatu Pexenfelderi, vel Pontani Progymnaſmatis. De cauſis & remediis iræ ex Livino Majeren, ex piis Hilaribus Angelini Gazæi &c. Denique libellus nullus eſt, qui non utilem ſcribendi materiam ſuggerat. Atque hæc de materia Thematum, ſupereſt de forma.

*Forma* in eo conſiſtit, ut argumentum *primò* referatur ad explicatum præceptum Alvari, ac explicati Ciceronis vel alterius authoris imitationem: *Secundò* ut ſit perſpicuum, & intelligibile: *Tertiò* facile ac breve. Thema, cui hæc tria inſint, numeris eſt omnibus abſolutum.

*Primò*. Argumentum cùm ad regulas Syntaxis, tum quoad fieri poteſt, Authoris imitationem referendum, communes & ſingulares Magiſtrorum regulæ præcipiunt; & niſi ità futurum certò ſibi perſuadeant, & experiantur diſcipuli, perditus eſt explicandi labor, tempúsque; nec arte ulla *attentio* obtinebitur. Non ignoro, eam rem nec promptam nec facilem adeò; quin præſertim in thematis continuatis *labore* opus eſſe & *judiciô*. Ad hanc difficultatem ſublevandam, neceſſe eſt, ut artem *quidlibet* ad *quodlibet trahendi* teneat Magiſter: atque ſe in ea exerceat, vel antequam ad docendi munus aggrediatur. Ars hæc in eo ſita eſt, ut thema, quod dari poſſit, quodlibet, de cœlo, terra, bello &c. tractet, ad quodvis Grammaticæ totius præceptum, ad Phraſim quamvis detorquere, flectere, & ſic accommodare nôris, ut naturalis tamen ſenſus exeat. Id verò *digreſſione* aliquâ, *circumlocutione* ſeu periphraſi, vel, quæ ſæpè Plurimùm ſervit, *ſimilitudine*, vel *circumſtantiarum* temporis, loci, perſonæ, habitûs &c. adjectione, vel *documentô* aliquô, aut *ſententiâ* inſperſâ perficitur. Praxis hæc erit.

1. Summam argumenti paucis in chartam conjicies. v. g. *Abel reæ conſcientiæ furiis actus, tuta omnia pertimeſcit, & in ſylva oberrans, pro fera cæditur.*

2. Con-

2. Conjicies item in chartam Regulam vel phraſim illigandam: v.g. *emo*, *accuſo.* Phraſim: *penſi habeo.*

3. Adhibebis circumlocutionem: v.g. Ità nempè ſcelerati *quanticunque emerent* animi tranquillitatem, ſi vel *magnô* emi poſſet. Vel: Cainus ſe ipſo Judice *atrocis ſceleris*, *de atroci ſcelere* condemnatus, convictus. *Nihil penſi* habens parentum monita &c. Cujusmodi digreſſiones facilè ſuppeditabit res nata, & ingenium verſatile.

Hac arte, putem, multùm minuetur labor, quem aliqui in conſcribendis ejusmodi argumentis, totius doctionis moleſtiſſimum, ac faſtidioſiſſimum experiuntur & prædicant.

*Secundò Thema ſit perſpicuum & intelligibile*, quæ ejus virtus eſt altera, nec nihil difficultatis offert. Vix enim fieri poteſt, quin aſtricta talibûs vinculîs oratio, non perinde nativa ſit, quàm ſi libera ſolutáque incederet; quin inquam ſubinde ſcaber, & violentus, nec ſatis fluens textùs evadat, præſertim ſi plura præcepta aut Phraſes in idém breve argumentum contrudere velis: ut adeò velut lapis ſit Lydius Studioſi, & judiciô valentis Magiſtri, ſi regulas, Phraséſque ità aptè illigare ſciat argumento, ut naturalis tamen, fluidus, planúſque ſenſus ſervetur, & qui ab exteris etiam ac adultis (ut multi correcta ſua argumenta ad ſeram ſenectutem in ſcrinio ſervant) laudari poſſit.

Obſcuratur verò & minùs intelligibile fit argumentum, 1. Si periodi ſint prælongæ; cumulatis, prætereà inciſis, & interjectis conſtructionibus integris impeditæ. Certè ſi inter Principes cauſas, cur tot Solæciſmis ſcriptiones inquinent pueruli, illa quoque eſt palmaris, quod præ debilitate judicii voces ſingulas materialiter, ùt ajunt, conſiderent; ipſam verò Periodi ſententiam ſeu ſenſum vix aſſequantur; atque inde nec ſequentia cum antecedentibus combinare, nec ritè ſe examinare, nec Adjectivum cum Subſtantivo, Nominativum cum Verbo ritè

com-

concordare ſciant: ſi inquam ad hæc inſuper Germaniſmus accedat contortus, aſper, dubius, quotidiano ac vulgari noſtro ſermoni minimè conformis, palpabunt ſcilicet velut in caligine pueri, & vocum numerum erroribus æquabunt.

Compertum eſt item, eorum argumenta Magiſtrorum eſſe minùs limpida ac perſpicua, qui eadem latinè priùs conſcribunt, nec ſatis naturaliter Germanicè reddere nôrunt. Legi (liceat addere) cujuspiam argumenta totô annô dictata, ità aptè regulas includentia, ut quivis ſtatim intelligat, quid quâque die è Syntaxi explicatum fuerit; ſimul ità fluida ac plana, & lectu jucunda, velut nihil de regulis cogitâſſet author.

*Tertiò. Facile* ſit argumentum, & puerorum viribus commenſum. Magni momenti monitum, & commendatiſſimum Profeſſori eſſe debet, ut volentes, alacres, ſpe bona plenos retineat diſcipulos; omni induſtria excitet jacentium animos; tardiores cupiditate potiùs in melius proficiendi, quàm ſuppliciorum terrore accendat. Jam verò ſi themata ſint ità difficilia, ut quamvis adhibitâ diligentiâ haud dubiè erroribûs à ſe implenda, & quod inde ſequitur, paratas ſibi & inevitabiles pœnas præſagiant, deſperatio nempe inceſſet miſellos, animô perturbatô & velut obtortô collô accedent ad componendum, ac velutì de fuga cogitabunt ante pugnam. Quis enim volens & cum alacritate laborem ſuſcipiat, ê quo nihil mercedis aut laudis, certas propè cum dedecore plagas ſibi obventuras ominetur?

Ad dejectionem animi vulgò tam pernicioſam evitandam, ſapiens eſt eorum conſilium, qui hanc ſibi regulam ſtatuunt, ne argumentum dictent, niſi quod à decimo quoque ſcholæ ſinè omni errore; ab dimidio verò diſcipulorum ſummùm cum duobus aut tribus erroribus compoſitum iri prævideat; ultrà eorum verò captum fuiſſe illud ſtatuant, quod nullus ſinè errore; ſcholæ medium cum quatuor aut quinque Solæciſmis fecerit.

Juſtô

Juſtô difficiliora fiunt argumenta, 1. Si nimis multæ difficultates conſtipentur; nulla propè periodi pars aliquâ obſervatione vacet; laqueis plena ſint omnia; id quod anxios illos, animóque confuſos reddit. Nihil tamen oberit, quin non recèns modò, ſed & prioribûs diebûs vel hebdomadîs explicatæ regulæ admiſceantur, ne animis leviſſimis, ùt ſolet, evolent.

2. Perturbationem item injiciunt themata licèt facilia, juſtô tamen longiora. Terrentur hîs pueri, & in primis ità fatigantur, ut præcipitent poſtrema, & è perſuaſione tam longum argumentum vix à ſe rectè componi poſſe, reapſe illud erroribus conſeminent. E ſapientiſſimæ regulæ præſcripto in infima quaternos, in media, ac fortè ſuprema ſeptenos verſus excedere non deberet. Quæ domi componuntur, ſi longior ſit à ſcholis vacatio, paulùm prolixiora dictari convenit. Atque hæc de argumentis, quæ noſtræ Provinciæ more vernaculè cum Latinis ſignificatis dictantur.

Equidem is non ſum, qui Italicas, ac magna cumprimis Latinitatis laude florentes Gallicas, Belgicas, & Rhenanas Provincias imitandas velim, quæ vernaculè duntaxat ſuis dictant, ſignificata diſcipulis è lexicis conquirenda relinquunt; licebit tamen imitari eatenus 1. Ut Primitiva ſeu Derivata, quæ jam edidicêre. 2. Phraſes ac modi loquendi ex authore explicati ipſis nempè permittantur. 3. Saltem in Suprema Grammatices alterô ſemeſtri, & alternis cum & ſine ſignificatis dictetur. In eam rem magnopere ſuadendum eſt, ut *Pædagogum Latinum P. Bayer* Germanico-Latinum, ſimul & Latino-Germanicum ſibi locô Friſii comparent.

Præter argumentum jubeantur interdum brevem aliquam Ciceronis verſionem Themati adſcribere, ut regula monet; & benevertet iis, qui ſuâpte quotidie id diligentiæ auctarium adjecerint.

Si quæ ſervari è more noſtro poterunt, ſervandæ ſunt regulæ, argumenta dictanda, & domô afferenda

ſunt

ſunt quotidie præter diem Sabbathi, etiamſi nulla dies vacationis intercedat.

Quâvis Hebdomadâ ſemel in ſchola ſcribetur, aut, ſi Rectori videretur, bis; tum verò ità breve argumentum ſit oportet, ut media hora prælectioni Authoris ne detrahatur, ídque ferè die Mercurii, nec longius argumentum, quam ut intrà ſeſqui horam abſolvi poſſit; ne ſemihora præſcripta explanationi detrahatur; quæ tamen explanatio omitti poterit, cùm ſemel quot menſibûs pro Imperio ſcribitur.

## VI. *De Concertatione & Repetitione.*

COncertatio, quâ unâ Gymnaſium domeſticæ inſtitutioni præfertur, magni facienda eſt, ut honeſta æmulatio, quæ magnum ad ſtudia incitamentum eſt, foveatur. Fit ea, cum æmuli invicem inter ſe quæſtiones proponunt; conſtructiones lectas ad explicatas regulas, vel authorem latinè extemplò reddi jubent è vernaculo; victor victo locum & inſignia eripit; nec ſinguli tantùm ſingulos, ſed pars ſcholæ Græca Romanos, aut viciſſim laceſſit; ac victores Coronam Dictatoriam, Vexilla, aliáque ornamenta (quæ nullô pactô negligi debent) ad ſuam partem transferunt.

Poſt quamlibet explicationem concertatio ejusmodi, inſtitui poteſt, præſertim diebûs Sabbathi huic uni exercitationi deſtinatîs. Solent item quidam Magiſtrî Solæciſmorum unius partis numerum, uti & *diligentias* diligenter computatum adnotare, ac ſub finem Menſis victricem partem publicè promulgare.

## VII. *De Græca Lectione.*

CUm Græca Lingua ad ſolidæ litteraturæ laudem aſpirantibus non tam utilis, quàm neceſſaria, privatô ſtudiô, & una contentione citiùs, quàm lentîs progreſſibûs in ſchola diſci poſſit; & noſtræ Juventutis vulgus vix adduci poſſit, ut volentes, libentésque græcæ ſtudeant,

deant, retinendus eſt mos Provinciæ noſtræ hactenùs uſitatus, ut ſingulîs diebûs Veneris Gretſeri Præcepta græca explanentur, & aliquid ſcribatur. Nisi fortaſsè quipiam ex Academicis privatim à Magiſtro inſtitui, ipſi peterent.

## VIII. *De Hiſtoria.*

POſtquam aliarum Provinciarum exemplô & exterorum magna approbatione, pro noſtris ſex humanioribus claſſibus, totidem hiſtorici libelli, & eâ, quæ ad Ciceronis ac Claſſicorum intellectionem maximè faceret, formâ concinnati ſunt, ea Exercitatio ne in minoribus quidem Collegiis prætermittenda eſt: cùm dici non poſſit, quantò olim Juvenibus, quemcunque vitæ ſtatum amplexuris uſui, ac ornamento futura ſint hæc eruditionis fundamenta; quàm ſuaviter ineſcent; ac plura ſciendi, quæque prima Juventute cæperant, ſecuturâ ætate perficiendi cupiditatem accendant.

Hiſtoricæ hujus Exercitationis hæc eſt methodus, ut 1. Magiſter quæſtionem propoſitam diffuſiùs, circumſtantiîs veſtitam ſuîs, aliîs, aliîsque ad captum puerilem loquendi formulîs exponat; expoſitam per breve examen ab uno, alteróve repetat. 2. Penſum quotidianum erit quæſtio una, ſeu paginæ quarta pars, de qua poſt recitatas ordinarias lectiones Decurioni ſuîs verbîs reſpondeant, nec ullô pactô admittendum, ut ad verbum ediſcant. 3. Ad augendum fervorem præter duas Academias Hiſtoricas ſub anni finem examen pro præmiis, tribûs quæſtionibûs, quæ libellum totum pervagantur, propoſitîs inſtituatur. 4. Plurimùm profuerit, ſi præter Chronologiam etiam Geographiæ aliquid delibaverit Magiſter, effeceritque, ut non modò rem geſtam, ſed & quô locô, quóque tempore geſta ſit, narrare poſſint diſcipuli, præſertim verò Epochas præcipuas, ſeu memoriales annos altè memoriæ defigant. In eam rem ſcholam Geographicîs & Chronologicîs tabulîs ornari conveniret. 5.

Ità tamen tractanda erit hæc Exercitatio, ut ne Principes ſcholæ exercitationes quidquam inde detrimenti capiant. Quamquam felici experimentô compertum ſit, diſcipulos ſuâpte ac avidè injunctum penſum diſcere, ac ſub anni finem, ſi ex ulla lectione, ex hac certè præclarè ſubſiſtere, etſi Magiſter in ea exponenda non plus tempoporis collocet, quàm in diviſione temporis deſignetur.

## IX. *De Academiis.*

STudiorum ratio vim magnam ponit in Academiis Theologorum, Philoſophorum, Rhetorum, & Grammaticorum, & de ſingulis diffusè ac ſollicitè præcipit; ut exercitatio hæc meritò velut inter primas ſtimulandi fervoris ſcholaſtici induſtrias habenda, â ſuperioribus omni ſtudiô urgenda, colendáque ſit â Profeſſoribus. Pauculorum, quibûs ad rem aggreſſi ſumus, annorum experimentô conſtat, 1. Nullo ſtimuli genere pueros magis excitari, quàm publicâ ejusmodi ſolennitate; ac præſente, nec ad anni finem dilato honore; & quôdam, quô è puerorum vulgo eximantur, charactere. 2. Magiſtris item jucundum & optabile, ad quos proximè, quidquid diſcipuli laudis referunt, redundat. 3. Publicis ſpeciminibûs, rebûs ipsìs confutari calumnias ſciolorum, ſcholas noſtras inſectantium. Itaque hic Academiarum uſus ad mentem, morémque reliquæ Societatis in omnibus Provinciæ Gymnaſiis, non modò ſummæ rei ſcholaſticæ nullô detrimentô, ſed ornamentô inſignî, & ſcholarum noſtrarum commendatione inducetur; & cum nullo, vel Profeſſoris ſingulari labore, vel diſcipulorum ſumptu, (quæ duo obſtacula alias cæpto huic obfuêre) inſtituantur, ad perpetuitatem ſtabilietur.

In Academiis his verò conſiderandum 1. Quinam deligendi, & quô numerô Academici? 2. Quinam Magiſtratus? 3. Quo apparatu? 4 Quo tempore & locô habendæ? 5. Quænam ejus Exercitationes & Methodus? 6. A Quibus examinandi? 7. Quoties habendæ Academiæ. 8. Quid ſint Academiæ privatæ.

1. *Qui*

1. *Qui deligendi ſunt Academici.* Etſi in docendo non tam pauculorum quorundam eminentium, quàm majoris partis ſcholæ ratio habenda ſit, eos tamen, qui plus poſſunt, magìs etiam excoli conveniet. Igitur qui & lectiones diligenter, conſtantérque memoriæ mandant, & themata præ cæteris emendatè componunt, & ordinaria ſcholæ præclarè obeunt, atque vel ingenii præſtantiâ, vel ætatis adultioris beneficiô, vel â prævia domeſtica diuturniore Inſtitutione plus aliquid præſtare poſſunt, Academici appellandi erunt, nullô Nobilium aut Plebejorum diſcrimine, dummodo (ut ratio ſtudiorum vult) ne petulantiores, aut moribus ſint ſolutioribus, quales omnino admittendi non ſunt. Quanquam Nobiliores fortaſſe aliqui, ne ſe velut ignominiâ notatos querantur pro *Honorariis* admitti poſſint.

*Academicorum Numerus* minor potiùs ſit, quàm major. Si in quatuor veluti gradus ſecetur ſchola: *Bonorum, bonis proximorum, mediocrium, infrà mediocritatem,* primi duo in minoribus Gymnaſiis adlegi poterunt; in majoribus verò numerum vigeſimum quintum ne multùm excedat, ne honor vulgatus minoris habeatur. In Principio ſcholarum denominabuntur â Magiſtro, ſi qui tamen ſub anno in ordinariis ſcholæ multùm proficerent, de conſenſu Principis & Academicorum ſubinde aſciſci poterunt.

2. *Quinam Magiſtratus?* Sunt Princeps (quem Rectorem vocat ſtudiorum ratio) Secretarius; duo vel quatuor Conſiliarii, ſeu Aſſeſſores. Academiæ Princeps utì & Secretarius ſecretîs, liberíſque Academicorum Suffragiîs, quin ſe Magiſter uni præ altero faventiorem oſtendat, eligetur. Horum dignitas trimeſtris eſt, ut perveniente ad plures honore accendatur ambitus innocens & utilis; utì revera jam in parvulis gliſcentes ambientium artes jucundum eſt obſervare.

*Principis* officium eſt: Deerrantes in reſpondendo, vel hærentes adjuvare ac corrigere. Gaudet idem jure

Civitatis Romanæ, ne plagîs affici poſſit, & quot hebdomadîs pro aliquo plagîs afficiendo velut tribunitiâ poteſtate intercedere licebit, ſi delictum ſcholaſticum ſit duntaxat. *Secretarius* librum habebit, in quem Magiſtratum, & Academicorum Nomina, 2. Diem habitæ Academiæ, ejúsque ſucceſſum; qui præ cæteris laudem retulerint, vel minùs ſatisfecerint, 3. Nomina, ſi qui fuerint, Nobiliorum hoſpitum, 4. Qui primô, quíque ſecundô locô lecti fuerint, referat. *Conſiliarii* item aderunt, & ſuffragium ferent tam de Candidatis, ſi qui per annum admitti petierint; quàm ſi de quopiam pigritiæ ergò vel ob minùs probatos mores exauthorando ageretur, cujus nomen item in publica Academia promulgabit Secretarius. Haud rectè ſentiret Magiſter, qui iſta tanquam ludicra &. puerilia negligenda putaret, nec id ut ſuum ac grave negotium tractandum exiſtimaret: Incredibile eſt, quàm hâc eminentiæ ſpecie efferant ſe, ſibíque blandiantur pueri magìs ingenui.

3. *Quæ ſolennitas & apparatus.* Solennitas aliqua concilianda eſt Academiæ, eáque vel ab apparatu aliquo, vel à perſonis invitatis. *Apparatus* ſit is, qui nullô impendiô conſtet; hoc eſt: 1. Academici ſpectentur feſtô habitu; palliîs etiam commodatò petitîs compti, ornatíque. 2. Princeps locô editiore vel ſuggeſtu conſideat; infra Secretarius, ad latus conſiliarii, Academici cæteri in ſubſelliis pulchro tapete ſtratîs; & ſi quid aliud parabile viſum fuerit.

*Perſonæ*, hoſpites, noſtri ſunt, & externi. Invitatur ante omnes P. Rector Collegii. Quia verò experiendô conſtat, quod Patrum plerique rebûs aliîs præpediantur, vel præpediri ſe cauſentur, unum ſaltem alterúmve exorare conabitur Magiſter, & perpellere, ut in ſtudioſæ Juventutis gratiam præſentiam ſuam commodet.

*Externorum* primi invitandi ſunt Academicorum parentes etſi illiterati, cùm ſeu in Hiſtoria, ſeu in authore ple-

pleraque peragantur vernaculâ. 2. Alii, ſi qui in Civitate fuerint, viri in dignitate conſtituti. 3. Loci Parochus, Capellani; nonnulli ſeu Magiſtro, ſeu diſcipulis noti Religioſi, qui libentes comparent; omni denique induſtriâ efficiet: ut & multi, & quàm ſpectati adſint rei benè geſtæ teſtes, nec intrà paucos ſiſtat fama, ſed Civitate totâ efferatur. 4. Invitabuntur denique tres Collegæ Magiſtri cum ſuorum Academicorum delectis.

4. *Quis locus & tempus.* Tempus Academiæ inſtituendæ commodiſſimum foret Feſtivali die, vel Dominicâ poſt Veſperas vel Litanias, quia tamen fieri poſſet, ut amœniore præſertim tempeſtate pauculos hoſpites, ac nec ipſos Collegas Magiſtros admodum volentes haberet, vel poſt ſcholas, cùm dies longior eſt, vel hyeme die Veneris à meridie ultimâ ſcholæ horâ inſtitui poſſunt, quo tempore Græcum Thema componentibus diſcipulis cavendum erit, ne per Magiſtri abſentiam quidquam in ſcholis turbetur.

*Locus* erit vel ipſa ſchola, vel Sodalitatis aut Theatri orcheſtra, aut ſi fieri poſſet proprium, ùt alicubi, ad decorem mappîs Geographicîs, aut aliô quôpiam ornatu apparatum cubiculum.

5. *Exercitationes & Methodus Academiæ.* Exercitationes ratio ſtudiorum præſcribit multiplices, è quibus eligi poterit, quod videbitur. Illud de his generatim obſervandum, ut ejuſmodi ſint, ut ad has nullô vel minimô laboris aut temporis Extraordinarii impendiô, nihilque turbatîs ſcholæ ordinariîs, facilè & velut ex tempore præparari poſſint Academici; nec aliud opus ſit, quàm ut Hiſtoriæ, vel Authoris ſcientiores alioquin, ſemel ac iterùm probentur à Magiſtro, an cum decore reſponſuri ſint, atque adeò quovis die, v. g. in gratiam Inſignis cujuſpiam hoſpitis inſtitui poſſit Academia.

Academiæ materia vel eſt *ſimplex*, vel *compoſita*, ſeu mixta. Simplex quidem, ſi vel 1. ex Hiſtoria ſola, vel 2. Authore; 3. vel è vocabulis tantùm; *Compoſita* verò,

cum ſimul ex authore, Hiſtoriâ, & vocabulis interrogationes fiunt.

Hiſtoria Princeps eſt Academiæ materia, quòd ſinè hoc ſtimulo alioquin ægrè ad eam perdiſcendam perpelli poſſint pueri. Ex hac ſingulis ad unam quæſtionem, ùt in libello Hiſtorico eſt, reſpondendum erit, ídque ſuîs verbîs. Si ad verbum recitaverint, puerile quid & ſcenicum ſubeſſe videbitur. Ne Syntaxiſtis quidem admittendum, ut latinâ utantur; cùm res ſpectetur in Hiſtoria, non verba; & latinitate hæſitante, impediant ſe magìs, quàm explicent. Præter planas ejusmodi quæſtiones, vel omnes, vel peritiores complicatâ aliquâ, ſeu per libellum totum, vel ejus partem ſe fundente tentandi erunt, cujus exempla in Paradigmatis habes. Speciosſum foret & utile, ſi Mappa Geographica majoris formæ eſſet ad manum, in qua loca per Hiſtoriam occurrentia indigitarent.

*Authoris porrò explanatio* ſic fiet, ut quemadmodum Magiſter in ſcholis, ità ſinguli deſignatam periodum unam aut duas interpretentur, in Syntacticas Regulas reſolvant, latinos Idiotiſmos vernaculè vertant; ſi quid eruditionis eſt, explicent; denique conſtructiones aliquas ad authoris imitationem facere jubeantur.

*Vocabula* item Academiæ Materia eſſe poterunt, quô nomine appello Primitiva, ſeu Radices in Parva; derivata & compoſita in Principiis; florem latinitatis in Media & ſuprema Grammaticæ. Interrogandi ratio erit vel vocum ſingularum, vel ut ex tempore conſtructiones ſeu Latinas, ſeu Germanicas, ſeu Phraſim è *flore* vernaculè reddant aut latinè.

*Compoſita ſeu Mixta* Academia erit, ſi Academicorum ſingulis una quæſtio ex Hiſtoria; altera ex authore, tertia è vocabulis proponetur. Hæc examinandi ratio ſpecioſior eſt, id tamen habet incommodi, quòd ſi paulò plures fuerint Academici, ultrà horam produci

Aca-

academiam neceſsè ſit, quod hoſpitibus fortaſsè ingratum.

6. *Examinandi partes* præcipuæ erunt P. Præfecti, cui optimè cogniti ſunt, ne tamen ſuſpicio veniat, de interrogandis jam præmonitos, nec omnes ex omnibus ex æquo paratos eſſe, rogandi ex hoſpitibus quidam, ut promiſcuè quæſtionem è libello Hiſtorico, vel explicandam ex Authore periodum proponant. Ex-Principi & Ex-Secretario ſuperioris ſcholæ, ac fortaſsè item Conſiliariis unam quæſtionem afferendi jus erit, quod hi magno ſibi honori ducunt.

7. *Quoties inſtituenda Academia.* Studiorum ratio *aliquas invitatu, apparatúque majore* habendas ſtatuit. Igitur duæ ſaltèm aut tres erunt. Ut Hiſtoriam plenè condiſcant, poſtquam libelli dimidium abſolverint, *prima; altera* è dimidio altero, ídque paulò ante feſtum Natæ Virginis ità habeatur, ut ſtatim ab Academia abſoluta examen pro præmiis ex eadem ſubeant. Tertia verò ex Authore inſtituatur.

Quod ſi P. Rectori duæ ſolùm habendæ videbuntur, utraque ex Authore, Hiſtoria, Vocabulis compoſita erit.

8. *Privatæ Academiæ* ſunt, quæ ſolô P. Præfectô, vel aliquô è Magiſtris Collegis, vel Patre ſcholaſticæ rei amantiore, præſentibûs fiunt; vel ab ipſis Academicis, quorum ſinguli æmulum paratâ quæſtione provocent; eidémque viciſſim provocanti reſpondeant; vel à P. Præfecto examinentur ſinguli. Has perfrequentes eſſe conveniret, ac Menſibûs fortaſsè ſingulîs, quod percommodè fieret, ſi P. Præfectus ſtudiô Juventutis ſibi commiſſæ id ſibi laboris imponeret, ac quot diebûs Sabbathinîs horâ matutinâ alioqui concertationi deſtinatâ, in una è quatuor Inferioribus Claſſibus adeſſet & exploraret, quid elapſo Menſe progreſſionis factum fuerit.

Elapsâ Academiæ horâ nomina eorum perleguntur, qui argumentum compoſuêre meliùs, vel plus diligen-

 tiæ

tiæ oſtendêre, v. g. Præ cæteris diligentes fuêre Cajus, qui proprio Marte integram vitam Epaminondæ è Cornelio Germanicè vertit &c. ſi præter hunc laudis ſtimulum præmia item meliùs meritis privatim darentur, ſanè optimè collocata eſſet ſeu P. Rectoris, ſeu aliorum Patronorum liberalitas.

## X. *De Declamatione.*

EX uſu Provinciæ noſtræ, etſi ea de re nulla niſi pro Humanitatis ac Rhetoricæ ſchola extet Regula, à ſingulis inferioribus claſſibus Declamatio vel Dramation exhiberi ſolet, cujus conficiendæ ars niſi in repetitione Humaniorum percepta fuerit, è Balbino, Maſenio, aliíſque petenda eſt. Optandum verò ſit, ut horam ne excederet, ſine Muſicæ, picturarum, veſtium exoticarum apparatu, ſola carminis laude, & actionis, actorúmque bonitate finiretur, ſic, ut & tempori parcatur, nec ſchola quid inde detrimenti capiat. Dum enim thema conquiritur anxiè, periocha conficitur, carmen producitur, pueri formantur, quanta pars anni labitur? Sui ſtudioſiores Magiſtri antequam ad docendum adeant, vel mox, ac priorem declamationem abſolverint, ſenſim de themate futuræ cogitant, autumnalium vacationum tempore ſaltem partem perficiunt, ut (quod ſemel in vita nobis faciendum, nec aliàs meliùs, quàm doctionis tempore fiet) omnes claſſici perlegi poſſint. Atque hæc de *ſcholæ exercitationibus* generatim dicta ſunto.

## *De harum Exercitationum Diviſione.*

QUid quâvis ſcholæ horâ agendum ſit, infrà *in diviſione temporum* declarabitur. Juvabit præterea jam in aditu ſcholæ ſibi totum annum ità dividere, ut jam antè deſignet, quæ lectiones die quavis imperandæ, quantum ê præceptis &c. explicandum, ne ità inhæreatur primis, ut ad alia tempus deficiat. E noſtræ Provinciæ mo-

ribus

ribus ſcholæ frequentantur centum circiter & octoginta diebûs; ex his ſi quadraginta quinque Sabbathinos, uni nempè repetioni deſtinatos detraxeris, non niſi 134. Scholaſtici ſupererunt; itaque in tot partes totum annuum lectionum penſum, præceptorum expoſitio, authoris interpretatio partienda erit, cujus partitionis typum in adjuncto Privatæ Inſtructionis libello habes.

# INSTRUCTIO PRIVATA,

SEU

# TYPUS CURSUS ANNUI

PRO

# PARVA SCHOLA.

## PRÆFATIO

## De Admittendis ad Parvam Scholam.

*A Reliquæ Germaniæ tam Catholicæ, quàm Heterodoxæ, & totius ſaltem Europææ Societatis moribus plurimùm abhorret, ut pueruli nonniſi latinè legere & ſcribere docti ad Gymnaſium admittantur; omni igitur ope efficiendum, ut quod Viennæ ac Græcii jam diu ſit, in omnibus omninò Provinciæ Gymnaſiis inducatur, ne cuiquam aditus pateat, niſi qui è primo Alvari libro, Nominum declinationes, Verborum tam regularium, quàm Anomalorum Conjugationes, ac temporum imprimis è verbo auxiliari diſcrimina, quatuordecim denique de conſtructione præcepta perfectè memoriâ teneat, ac leve argumentulum componere nôrit.*

*Res eſt ad ſolidam puerorum utilitatem, ac profectum momenti longè graviſſimi; & ſi uſpiam, hic certè rigidiſſimum eſſe conveniret, & planè inexorabilem Præfectum; quique nullô pactô aut precibûs permoveri ſe patiatur, ut quemquam hôc viaticô non ſatis inſtructum ad ſcholam admittat. Id nî faciat, alterutrum certò eveniet, ut ob pau-*

*pauculos in his principiis adhærentes totius ſcholæ curſum remorari debeat Magiſter, vel claudicantibus illis alterô annô in eadem ſchola deſidendum ſit. Tamdiu igitur differendi erunt, dum hoc fundamentum ritè jecerint. Cùm autem in minoribus Gymnaſiis bonorum præceptorum ſumma ſit penuria, optandum eſt, ut aliarum Provinciarum exemplô, Didaſcalus quidam harum peritiſſimus, & à P. Præfecto pendens conſtitueretur, ê cujus prævia Inſtitutione, nec aliter quisquam in ſcholam reciperetur. Præmittendi examinis, & componendi argumentuli typum operi inſertum habet.*

*Qui Candidatus vel Themation erroribûs fortaſſè quinque aut ſex impleret, quíque ad quæſita non expeditè reſponderit, tamdiu rejiciendus erit, dum probè ſubſiſtat. Ad extremum monendus eſt P. Præfectus, rogandúsque, ne hoc primum tentamentum alteri cuiquam demandet, ſed ipſe verâ erga pueros charitate eum laborem ſuſcipere ne detrectet, ſi vel plurimi Candidati ſingillatim examinandi forent. Nulla omninò opera, curáque, quàm in his fundamentis meliùs collocatur.*

*Quod ſi alicubi locorum tot ſe difficultates offerent, ut quantávis Rectoris & Præfecti induſtriá effici tamen non poſſet, ut imparati ejusmodi pueruli à Gymnaſio arceantur, quò ad uniformitatem docendi perveniatur nihilominus, neceſſarium erit, ut Magiſter Parvæ, ſcholam in duos ordines dividat; quorum Superior ea diſcat, quæ infra deſcribimus; Inferior verò Declinationes Nominum, Conjugationes Verborum, & quatuordecim Conſtructionis Præcepta; nec quisquam ad Superiorem transferatur, niſi leve themation ſtruere gnarus; etſi, quod ferè eveniet, alterô annô in eadem ſchola retinendus eſſet.*

( ✝ )

EXER-

# EXERCITATIONES PARVÆ SCHOLÆ.

IN prima & ſecunda Schola tantùm ſitum eſt, ut diſcipulorum fortunæ in omnem ætatem hinc pendeant, cùm certiſſimum ſit, quales ex his prodierint, tales in Syntaxi, Poëtica, Rhetorica, & toto ſtudiorum curſu fore. Itaque graviſſima Deo ratio reddenda foret Magiſtro, cujus ſocordiâ, vel imperitiâ Juventus commiſſa negligeretur; nec minùs peccaret, ac Architectus, qui deſignato, ſibique locato grandi ædificiô fundamentum jaceret ſolô mobilî, fragile ac ruinoſum. Quare nihil abs re me facturum putavi, ſi in deſcribendo hujus ſcholæ typo, paulô diffuſiùs ac minutiùs viam inexperto adhuc Magiſtro præivero.

*Gradus* hujus Scholæ eſt, quatuordecim Præceptorum & Appendicis; 2. Rudimentorum. 3. Supplementi perfecta, & 4. *Quæ maribus* mediocris, ac 5. Vocabulorum Primitivorum plena, nec nulla Hiſtoriæ Biblicæ Notitia. Nec putandum eſt, nimis ab Tyrunculis exigi, dummodo primîs principiîs ritè initiati, ac quô dictum eſt, modô ſolidè præparati advenerint.

## I. *Memoriæ Exercitatio, ſeu Lectiones.*

MEmoriæ mandanda ſunt: 1. Breviter repetendæ Declinationes, & Conjugationes. 2. Rudimenta, ſed Germanicè potiùs, quàm Latinè. 3. Quatuordecim Præcepta cum Appendice. 4. Quæ maribus. 5. Vocabula Primitiva. 6. Hiſtoria. 7. Statîs diebûs Catechiſmus Caniſii.

Hæ Lectiones in hunc ferè modum per 134. Scholaſticos dies diſtribui poſſunt.

*Prin-*

## *Pincipia.*

| Ante Prandium. | Poſt Prandium. | Ante Prandium. | Poſt Prandium. |
|---|---|---|---|
| 1. *Dic Muſa* cum Notis. | *Dominus cum* Notis. | 2. *Sermo,ovis* | Temp9,cubile |
| | | --- --- | --- --- |
| 3. Senſu ,genu | Dies, bonus. | 4. Alter. | Uter. |
| 5. Acer, brevis | Brevior, felix. | 6. Domus, duo | Ego, tu. |
| 7. Sui, hic. | Iſte, ille. | 8. Ipſe is. | Idem, meus. |
| 9. | Quiſnam. | 10. Aliquis. | Quicunque. |
| 11. Sum totum. | Conju. Ger. Act. | 12. Ead. paſſiv. | Amo. |
| 13. Amor. | Doceo. | 14. Doceor. | Lego. |
| 15. Legor. | Audio. | 16. Audior. | Utor. |
| 17. Poſſum. | Fero. | 18. Feror. | Eo. |
| 19. Fio. | Dic, duc. | 20. Memin. novi | Odi, cœpi. |
| 21. Edo. | Malo, volo, nolo, | 22. Inquam. | Fore. |
| 23. Pœnitet. | Pugnatur. | | |

## *Rudimenta.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 24. Litteræ. | Vocales ſunt, | 25. Cæteræ. | Sylla. quæ fit. |
| 26. Dictio. | Partes orationis. | 27. Harũ quat. | Nomen eſt. |
| 28. Nomẽ prop. | Collectivum. | 29. Adjectivũ. | Occultè. |
| 30. Adjectivum. | Interrogativum. | 31. Relativũ eſt | Relat. Subſt. |
| 32. Relat. accid. | Redditiva. | 33. Quis, qui, | Et alia, |
| 34. Poſſeſſivum | Patrium. | 35. Partitivum. | quæ multa. |
| 36. Cardinale. | Diſtributiva. | 37. Victores. | NomẽPoſitiv. |
| 38. Superlativũ. | Nom. Subſtantiv. | 39. Ad hæc. | Comparativa. |
| 40. Poſitiva. | Facilis. | 41. Nomi. quæ | A nominibus. |
| 42. Anomala. | Pronomen. | 43. Primitiva. | Ex his. |
| 44. Poſſeſſiva. | Reciproca. | 45. Perſonale. | Id duplex. |
| 46. Activum. | Neutrum. | 47. Commune. | Experior. |
| 48. Deponens. | Inchoativum. | 49. Perfectivũ. | ùt: Eſurio. |
| 50. Frequentati. | Meditativum. | 51. Participium | Participia. |
| 52. Partic. præſ. | Partic. in dus. | 53. Parti. Præſ. | Partic. Futuri. |
| 54. Præpoſitio, | Ad, apud. | 55, Juxta. | à, ab, abs. |
| 56. Accuſativum | Præpoſitiones. | 57. Adverbium | Conjunctio. |
| 58. Collectivæ. | Disjunctivæ. | 59. Præpoſitiv. | Subjunctivæ. |

Qua-

## *Quatuordecim Præcepta cum quæ Maribus.*

Cuilibet lectioni è præceptis, nempè quæ alioquin jam domi didicêre, duo verſus ê quæ maribus adjiciendi erunt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 60. Præceptũ 1. | Secundum. | 61. Tertium. | 4tum, 5tum. |
| 62. Sextum. | Septimum. | 63. Octavum. | 9um, 10um. |
| 64. Undecimũ. | Duodecimum. | 65. Si autem. | Decimũ tertiũ |
| 66. Vel cauſam, | 14tum Append. | 67. Quando. | Si tertiæ. |
| 68. Si per unde. | Gerundium. | 69. Ger. in dũ. | Supina. |

Deinceps penſum ex *quæ Maribus* erit quaternorum verſuum, atque adeò abſolventur ad diem 80am.

## *Repetitio Rudimentorum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 80. Litteræ. | Cæteræ. | 81. Diphtongi. | Partes oratio. |
| 82. Reliquæ. | Appellativum. | 83. Adject. eſt, | Adject. nomẽ. |
| 84. Interr. Sub. | Interrog. accid. | 85. Relat. eſt, | Relati. accid. |
| 86. Ut quales. | Quis vel qui. | 87. Poſſeſſivũ. | Partitivum. |
| 88. Quæ multa. | Ordinale. | 89. Heus tu. | Comparativũ. |
| 90. Appendix. | Ad hæc. | 91. Comparati. | Facilis. |
| 92. Piiſſimus. | Pronomina. | 93. Ex his. | Poſſeſſiva. |
| 94. Verbum. | Imperſonale. | 95. Activum. | Commune. |
| 96. Deponens. | Perfectivum. | 97. Frequenta. | Participium. |
| 98. Parti. Præt. | In dus. | 99. Part. in dus | Partic. Præter. |
| 100. Præpoſitio. | Ad, apud. | 101. â, ab, abs | Subter. |
| 102. Interjectio. | Collectivæ. | 103. Præpoſitiv. | Communes. |

Ab hac die ad finem anni *quæ Maribus* bis abſolvi poteſt, ſi quaterni verſus diſcantur pro penſo. Ex hoc Typo adverte, quàm non onerentur diſcipuli, quin inſuper Primitiva & Hiſtoria ut acceſſoriæ lectiones exigi poſſint.

## *De Vocabulis Primitivis.*

PRimitivorum ſeu Radicum notitia, puerulis celeriùs ad lectionem authorum præparandis utiliſſima, ac propè neceſſaria, non tantùm non negligenda, ſed artibûs omnibûs urgenda, inculcandáque eſt. Itaque cuique è quatuor ſuprà diviſis primariis lectionibus terna nimi-

mùm

mùm vocabula additô articulô, Genitivô, vel Præteritô, ac Supinô adjicienda erunt; quô pensô ad anni finem commodè libellum totum evolvent. Videbit autem Magiſter æſtimatîs diſcipulorum viribûs, an non quaterna, aut etiam quina imponi poſſint, ut intrà annum bis abſolvi poſſint. Author fui nonnullis puerulorum præceptoribus domeſticis, ut ſuos, quamprimùm ad *Muſa* ediſcendum aggrediuntur, bina vocabula in dies diſcere juberent, quô factum, ut quidam magnam eorum partem memoriâ tenerent, antequam pedem ſcholæ imponerent. Id ſi in uſum (exterarum etiam linguarum Magiſtris ſolennem) induceretur, utilitates proferret opinione majores. Quibûs artibûs ad exercitationem hanc extimulari poſſint Academici, infra commemorabo.

## *Hiſtoria.*

E Biblica Hiſtoria cum ante tum Pomeridianum penſum erit paginæ facies media, non tam recitanda ad verbum, quàm verbîs propriîs narranda Decurioni. Quô pensô per anni curriculum facilè decurretur libellus.

## *Catechiſmus.*

Diebûs Dominicîs, Feſtísque tantùm ediſcitur: ídque trium fortaſſe aut quaternorum verſuum pensô, certè ità divisô, ut caput primum totum decurratur, ac fortaſsè repetatur. Dubitari poſſet, an non Catechiſmum in hac Schola germanicâ potiùs quàm Latinâ diſci, Germanicámque regulam in examine pro præmiis reddi conveniret.

## II. *Explanatio Authoris.*

ETſi inexperti quidam ſenſerint, fruſtrà Tyrunculis hodiernis prælegi authorem, contrarium tamen annorum aliquot experientiâ, habitísque per Parviſtas publicîs, nec ſine applauſu & admiratione Academiìs, conſtat; & ratione. Duplex enim eſt docendi ratio, altera per *Syntheſim* ſeu compoſitionem,

cùm

cùm partes orationis diſſolutæ ad latinæ Grammaticæ regulas componuntur: altera per *Analyſim*, ſeu diſſolutionem, cùm partes orationis jam compoſitæ, & conſtructæ in ſuas regulas reſolvuntur. Illam in thematis componendis, hanc in authore exponendo adhibemus. Utraque ejusdem propè artis & hominis eſt. Itaque ſi ab hodierno Tyrunculo thema vernaculum ad latinæ leges *componendum* exigimus, quidnî jam ab alio (authore) compoſitum, ùt in leges easdem *reſolvendum* ſit, explanemus? Quare, ut prima ſtatim die dictatur argumentum; ita eâdem è Phœdri fabellis prælegendum erit aliquid. Vide præfationem ad Fabellas easdem. Prælectionis hujus *materia* primùm partienda, ejusdem verò forma ſeu Methodus Paradigmatîs illuſtranda veniunt. Fabellæ dividi poſſunt in hunc modum.

1. *Fab.* I. Gallina. 2. Ne fortè. 3. Monet. 4. Pulli, 5. Subinde. 6. Qui ſtatim. 7. Filii. 8. Ferè. II. 9. Vulpes. 10. A Magiſtro. 11. Illa. 12. Poſtquam. 13. Tali. 14. Sed ſimul. 15. III. Fama. 16. aliqui. 17. Alii. 18. Frequens. 19. Omnes. 20. Tandem. 21. Multi. 22. De quibus. 23. IV. Fugitivus. 24. Ruſtici. 25. Ipſæ. 26. Nedum. 27. Equi. 28. Poſtquam. 29. Qui eum. 30. Herus verò. 31. Simul 32. Si tardiùs. 33. Ne te. 34. Si pauper. 35. V. Lucro. 36. Remos. 37. Verùm. 38. Nihil. 39. Jámque. 40. En autem. 41. Hoc tam. 42. Feſtos. 43. Sæpè. 44. VI. Mus. 45. Signa. 46. Ducit. 47. Dulcia. 48. Uti & lac. 49. Interim. 50. Hìc mus. 51. Rogat. 52. Ruſticus. 53. Herus meus. 54. Agris arandis. 55. Multi. 56. Eorundem. 57. Cùm tamen. 58. VII. Quædam. 59. Sarciret. 60. Omnes. 61. Hera. 62. Dum levius. 63. VIII. Ranæ. 64. Jupiter. 65. Plaudunt. 66. Poſteaquam. 67. Poſcunt. 68. Cives fovere. 69. Illa. 70. Superſtites. 71. Jupiter. 72. Nunc ferus. 73. Miſeriam. 74. Nonnunquam. 75. Scarabæo. 76. IX. Nititur. 77. Aquilæ. 78. Narrat. 79. Potis deinceps.

80. Scarabæus. 81. Quas ille. 82. Pauci. 83. X. Leo. 84. Hiante. 85. Ecquid. 86. Qui ſuo. 87. XI. Faber. 88. Vipera, &c.

Si eôdem pensô reliquos diviſeris, commodè ad anni finem abſolventur, quod omninò faciendum eſſet, ut primitiva vocabula ſibi tantò firmiùs imprimerent. Nihil tamen obſtabit, quin alterô ſemeſtrî, aliquantò plus explanetur, ſi pares videbuntur diſcipuli.

*Methodus* verò explanandi in eo eſt, ut primô ſaltem ſemeſtrî lentiſſimè pergat, & ſingula id levitatis puerulis, quàm poteſt enucleatè explicet; id eſt, puerum quodammodo induat, & tabulam raſam, quámque putetur rudiorem; vel nutriculam agat potiùs, omniáque velut præmanſa pupis in os anguſtum ingerat. In eam rem in hac præſertim ſchola pedetentim aſſuefaciendi erunt ad attentionem inter explicandum, omnésque ejus excitandæ, induſtriæ, generatim allatæ, erunt adhibendæ. Qui puerulus omnes ſedecim fabellas perfectè teneat, næ is ad Cornelium Nepotem, alióſque deinceps prælegendos in ſchola authores, facilè intelligendos egregiè præparatus fuerit. *A teneris aſſueſcere multum eſt.*

Reliquæ fabellæ, in quibus jam *debeo*, *quòd*, *qui*, *quæ*, *quod &c.* omiſſum, negligendæ non ſunt, ſed privato diſcipulorum labore, & privatîs Academiolîs interpretandæ; poterit & eorum explicatio, & ſententiarum Stobæi verſio mulctæ nomine imponi.

Explanatio hujus ſcholæ tres partes habet, *prima* eſt *Paraphraſis* vernacula, quâ totus textûs explicandi ſenſus per varias circumlocutiones inculcetur tamdiu, dum plenè intelligant, & interrogati ſummam fabulæ, ac ſubnexæ doctrinæ ſuîs verbîs enarrare poſſint. Facit id plurimùm ad explicationem vocum ſingularum citiùs percipiendam.

*Altera* Explanationis pars, dicatur (ſi ità videtur) *Notionalis*, quâ ſcilicet vocum ſingularum notio, ſeu ſignificatio Germanica exponatur; & quæ inde fluant de-

 rivata

rivata faciliora, item ſi vox eadem diverſas ſignificationes habeat.

*Tertia* eſt, *Grammatica:* quâ periodus, ſeu Materia explicationis tota repetitur à capite, ac voces ſingulæ ad Grammaticæ regulas expenduntur. Explanationi interjicitur, ac ſubjicitur examen, ſeu concertatio; id quod è paradigmatis patebit clariùs:

## *EXPLANATIO I.*

### *Fabula I.*

1. *PAraphraſis vernacula* : Es ware eine Henn / ſo gar viel Hünlein hatte / umb deren willen ſie immer in Sorgen ſtunde / es möchte der Hünel-Geyer / wie er ſchon öffter gethan / ihro eins oder das andere / im Hin-und Herlauffen plötzlich weckſchnappen. Rufft dann alle zuſammen / haltet ihnen eine nachdrückliche Predig: Ihr wiſſet (ſagt ſie) wie dieſer bittere Hüner-Feind uns Tag und Nacht zuſetze / unverſehens als ein Boltz daherſchieſſe / und alles erwürge; ſo mercket dann / und ſobald ihr mich ruffen höret / ſo laſſet alles ligen und ſtehen / und verſtecket euch unter meine Flügel / daß er euch nicht ſehen möge. Was geſchicht? die Junge erkannten gar wohl / daß es um ihren Balg zu thun / kamen der Mütterlichen Ermahnung eine lange Zeit / getreülich nach / loffen eines Lauffens / ſo bald ſie dero Lock vernahmen. Einsmahls geſchahe es / das eines unter ihnen ein gar ſchönes Waitz-Körnlein außſcharrete / und obwohl es der Mutter Loſung gehört / ſich in etwas verweilet / ſelbiges auffzueſſen. Allein dieſer ſo geringe Ungehorſam wurde hart geſtrafft: der Geyer ergreifft es mit ſeinen ſpitzigen Klauen / zerreiſſet / und friſt ſelbiges auff der ſtell.

*Doctrina.* Wer iſt dieſe Henne? Euere Eltern / Magiſtri, Præceptores, Beicht-Vatter. Wer iſt dieſer

Geyer?

Geyer? als der böſe Feind / und böſe Geſellen / welche immer trachten euch als unvorſichtige junge Hünlein mit boshafften Reden und Gebärden zur Freyheit / Umlauffen / und aller Leichtfertigkeit zu verführen. Wann nun ein ſo Ungehorſames Kind / lieber ſolchen böſen Geſpänlein als den Eltern ꝛc. folgt; nicht zu Hauß bleiben will / ihre tägliche Ermahnungen in den Wind ſchlägt / das wird über kurtz oder lang von GOtt geſtrafft / muß offt vor der Zeit auß der Welt in das Grab / wie im lateiniſchen Zehen Gebotten ſtehet: Honora Patrem & Matrem, ut ſis longævus ſuper terram.

2. *Expoſitio Notionalis. Gallina multorum pullorum ſollicita mater gerebat magnam curam.* Werde heunt als das erſte mahl nicht mehr als dieſe Conſtruction expliciren / dabey habt ihr / wie in allen Explicationen hinführo auff zwey Sachen wohl achtung zu geben: Erſtens / Was ein jedes Lateiniſch Wort zu Teutſch heiſſe / Andertens / Wie die gantze Conſtruction, und nach was Reglen ſie gemacht ſeye? Ich werde unter währender Explication bald dieſen / bald jenen unverſehens fragen / was da geſagt worden ſeye / und wann ich einen ertappe / daß er nicht auffgemerckt / geſpihlt / geſchwätzt / mit den Gedancken anderwärtig geweſen / ſo werde ich in dieſem Fall grauſam ſcharff ſeyn / keinen ungeſtrafft laſſen / und mich keines wegs erbitten laſſen: ſo gebt dann wohl acht:

*Gallina, æ.* 1mæ Declinationis, Generis fœmi. Eine Henne. kombt her von Gallus, i. 2dæ Declination. Gen. Maſ. Ein Hahn / alſo wird auch bey anderen Thieren Weiblichen Geſchlechts / das *us* in *a* verkehrt v. g. *Lupus* ein Wolff. Lupa, eine Wölffin. *Urſus*, ein Bär / Urſa, eine Bärin. *Equus*, ein Pferd. Equa, eine Stutten ꝛc. als auch Dominus, Deus &c. Domina, Dea &c.

*Multorum* der Genit. Pl. von Multus, a, um. Viel / Häuffig ꝛc. darvon Multitudo, nis. eine groſſe Menge.

*Pullorum* von pullus, i. Ein Hünlein. Es heiſſet auch ſonſt das Junge von einen jeden Thier wie pullus equi, Ein Fühl / Pullus lupi, ein junges Wölfflein ꝛc. man ſagt auch von einen gar lieben Mutter-Kindlein / Pullus matris ſuæ, &c.

*Sollicita.* von Sollicitus, a, um. Sorfältig / iſt ſelbſt ein Radix. darvon Sollicitudo, dinis, Gen. fœmin. Sorgfältigkeit / das *us* in *udo*, gleichwie multitudo, und gar viel andere / welche im Teutſchen das heit oder keit annehmen.

*Mater.* tris, Gen. fœm. Ein Mutter / darvon Maternus, a, um. Mütterlich / wie Paternus, a, num. Vätterlich / Fraternus, a, um. Brüderlich.

*Gerebat.* von Gero, geris, ere, geſſi, geſtum. Ich trage / heiſt auch fero, oder porto, as, are. gerebat, truge.

*Magnam*, der Accuſ. von Magnus, a, um, der / die / das groſſe. Major, der gröſſere / Maximus, der gröſte. darvon Magnitudo, inis. die Groſsheit / oder beſſer Teutſch / die Gröſſe.

*Curam.* von Cura, æ, 1æ. Declinat. Gen. fœm. Ein Sorg / darvon Curo, as, are, Beſorgen / oder ſorgen. Curatio, onis. Gen. fœm. Beſorgung.

3. *Expoſitio Grammatica.* Nun habt ihr den erſten Theil der Explication, und wird / der Achtung-Geben hat / gemerckt haben / was Gallina, multus, pullus, ſollicitus, mater, magnus, cura, gero auff Teutſch heiſſe. Nun ſo mercket auch auf den andern Theil / wie man ſich in dieſer Conſtruction examinire / und nach welchen Reglen ſie gemacht ſeye.

In jeder Conſtruction ſuche ich am Erſten das Verbum, welches da iſt *Gerebat*, tragete oder truge. Andertens ſuche ich mit dem verbo und der Frag Wer? den Nominativum des verbi. Wer truge Sorg? R. Die Henne / Gallina. So hab ich dann das verbum,

bum, und deſſen Nominativum: *Gallina gerebat.* Drittens ſuche ich erſt die andere Caſus der Conſtruction, wie in dieſer: *Multorum pullorum* der Genit. *ſollicita mater* Nominat. *magnam curam* der Accuſat.

*Gallina* iſt Nominativi caſus wegen der Frag Wer? und nach Reg. 1a Numeri ſingularis, weil nur eine iſt/ und man nicht ſagt die Hennen.

*Gerebat* Tragete/ oder truge. Bey jeden verbo iſt achtung zu haben 1. Cujus conjugationis. 2. Cujus vocis. 3. Cujus modi. 4. Cujus temporis. 5. Cujus Perſonæ. 6. Cujus Numeri? und 7. Wann es im Participio iſt / cujus generis.

Gerebat 1. Der dritten Conjug. weil der Infinitivus in ein kurtz *ere* außgehet legebat, gerebat. 2. Vocis activæ, wie legebat. 3. Modi Indicativi, weil die Sach ſchon geſchehen iſt. Sonſten müſte es ſeyn gereret. 4. Temporis Imperfecti, wie alle verba, die in *abat* oder *ebat* außgehen. 5. Perſonæ tertiæ, Numeri Singularis, wie deſſen Nominativus *Gallina*, mit dem das verbum in Numero und Perſona übereinſtimmen muß. Nach Reg. 1ma.

*Sollicita mater. Mater* iſt Nominativi caſus, weil es zu Gallina gehört / und weil nach der 6. Regel zwey Subſtantiva ſo zu einer Sach gehören / im caſu übereins ſtimmen müſſen. Dieſes aber zu erkennen / frage ich mit iſt: Wer iſt eine ſorgfältige Mutter? die Henne/ Gallina.

*Sollicita.* Sorgfältig/ iſt caſus Nominativi, Numeri ſingularis, Gen. fœminini, wie deſſen Subſtant. mit dem dem das Adject. übereinſtimmen muß / nach der 8ten Regel.

*Multorum pullorum.* Vieler Hünlein. Iſt Genitivi Casûs, weilen ich mich befrage: Weſſen Mutter? R. Vieler Hünlein / nach der ſibenden Regl Num. pluralis,

 weil

weil nicht nur eins iſt. Multorum auch Genitivi caſûs, und Numeri Plur. nach der 7ten Regl.

*Magnam curam.* Groſſe Sorg. Iſt der accuſat. wie Muſam; weil ich mich mit dem Nominat. und verbo be- frage: Was truge die Henn? R. Eine groſſe Sorg. Numeri Sing. weil es in *am* und nicht *as* außgehet. *Magnam* in dem caſu und Numero wie *Curam*, nach der 8ten Regl.

*Examen* & *repetitio*, uti explanatio ipſa, *Notionalis* eſt, & Grammaticalis, v. g.

*Notionale.* Quid ſignificat: cura? gero? pullus? gallina? ſollicitus? magnus? multus? quid præterea: Multitudo? Magnitudo? Sollicitudo? Curo, as? Gallus? Maternus?

*Examen grammaticale. gerebat* Warumb Modi Indicat. Temporis Imperfecti. Numeri ſingularis. Perſonæ 3tiæ?

*Sollicita Mater* Warumb in Nominativo?

*Pullorum* Warumb in Genit. Plurali?

*Curam.* Warumb in Accuſ. Sing.

## *Paradigma* II.

PRima Pars Explanationis, eſt repetitio heſternæ, quam vel Magiſter ipſe breviter faciat, vel aliquem è pueris mediocribus facere, vel pueros ipſos inter ſe interrogare, ac mutuò laceſſere quæſtionibûs jubeat; id quod nullô pactô intermittendum, cùm ſemel tantùm dicta pueriles animos non penetrent. Sequitur Prælectio nova:

*Ne fortè Milvus unum vel alterum, hinc inde errantem, vî aut dolô caperet.*

1. *Paraphraſis vernacula.* Geſtern iſt geſagt worden/ daß die Henn umb ihre Hünlein gar ſorgfältig ware. Ihro Sorg aber beſtunde in dem/ daß ſie gar wohl wuſte/ daß ſelbige auß Unverſtand offt gar weit im Hoff oder Wieſen hinaußtraueten/ eines da/

daß

das andere dorthin lauffete / und alſo gar leicht geſchehen möchte / daß der ſchlaue Geyer eines mit Liſt und Gewalt erwiſchte. Dieſes machet der guten Hennen / als einer treuen Mutter Tag und Nacht viel Kummer / und ſchier graue Har.

2. *Explanatio Notionalis.* *Ne* iſt eine Conjunction, regieret einen Conjunctivum, und heiſt: daß nicht. Wiewohl zwiſchen dem daß und nicht ein anders Wort geſetzt wird.

*Fortè* Villeicht oder ungefehr ein Adverbium.

*Milvus, i*, Ein Geyer / 2dæ declinat. Gen. Maſcul. darvon Milvinus, a, um. Geyeriſch. Milvinus pullus, Geyeriſch Hun / oder junges Geyerlein.

*Unum* von unus, a, um, einer. Gen. unius, Dativ. uni, darvon unitas, tis Gen. Fœm. Einigkeit / wie von Sanctus Sanctitas, Heiligkeit / Unio, is, ire, ivi, itum, Vereinen / vereinigen / eins machen.

*Vel*, Oder / iſt ein Conjunctio disjunctiva.

*Alterum*, Ein anderes / von Alter, a, um. Genitivô alterius, Dativ. alteri: Daher alteruter, Einer auß beyden.

*Hinc inde*, Hin und her. Sonſten heiſt hinc daher; inde dorther. Iſt ein Adverb. loci.

*Errantem*, Irrend oder herumſchweiffend. Von Partic. Præſ. errans, tis, von erro, as, avi, atum. Es heiſt auch fählen / v. g. Erravi, Ich hab gefählt oder geirret. Darvon Error, ris. Gener. Maſc. Ein Fähler oder Irrung.

*Vi*, Mit Gewalt. Von Vis, Gener. Fœm. welches gantz beſonders decliniret wird: im Gen. vis, Dat. vi, Accuſ. vim, Ab. vi. Nomin. Pl. vires, die Kräfften / virium, deren Kräfften ꝛc. davon violentus, gewalthätig.

*Aut*, Oder. Ein Conjunctio Disjunctiva wie vel, ſive.

*Dolô*, Mit Liſt oder Betrug / von dolus, i, Gener, Maſ.

Maſc. 2dæ Declin. davon doloſus, a, um. Liſtig / falſch betrogen / hinterliſtig.

*Caperet*, Fangete / oder fienge / von Capio, is, ere, cepi, captum. Heiſſet auch Faſſen / begreiffen / v.g. tu me non capis, du faſſeſt oder verſteheſt mich nicht. Item nehmen / Cape hanc imaginem, nehme dieſes Bild.

Ut ſubinde reſpirare liceat, poterit quàm mox interjici hæc pars examinis. v. g.

Edic tu, qui in ultimo ſcamno ſedes. Was heiſſet Erro, as? was noch? Was error, ris? was dolus und doloſus? was Milvus, milvinus? was Ne? was Vis? was Hinc inde? was Unitas? was Fortè? was Capio? was noch? *Deinde inverſo ordine*: Was heiſt ein Liſt? Villeicht? Hin und her? was Vel, aut? was ein Gewalt? was ein Geyer? was Irren / fählen? was fangen / faſſen / nehmen? En jam viginti quæſtiones, ut ſeduli Magiſtri nimis brevem querantur explanationis horam.

3. *Explanatio Grammatica*. In dieſer Conſtruction iſt das Verbum *caperet*, fangete. Deſſen Nominat. zu finden / frage ich mit Wer? Wer fangete? R. Der Geyer / Milvus. So iſt dann der Nominat. und verbum *Milvus caperet*, die andern Caſus: errantem und vî aut dolô.

*Ne fortè*, daß nicht villeicht. Seynd Adverb. bleiben. *Milvus* Nominat. Num. Sing. wie geſagt.

*Caperet*. Die verba ſo in *arem*, *erem*, *irem* oder in der dritten Perſohn in *aret*, *eret*, *iret*, außgehen / amaret, doceret, legeret, audiret, die ſeynd 1. Vocis activæ. 2. Modi Conjunct. 3. Temporis imperfecti. 4. 5. Perſonæ tertiæ, Numeri Singularis wie deſſen Nominativus *Milvus*. Das Imperfectum aber gehet im Teutſchen auß in ete oder ändert die letzte Sylben. *Caperet*, Fangete oder fienge. Dergleichen Imperfecta ſeynd noch mehr in dieſer Fabel: *cernerent* von

Cerno

Cerno, is, ere: Säeten oder ſäen/ *audirent*, höre-
ten.

*Unum vel alterum*, Eins oder das andere iſt der Accuſ. weil man ſich fragt: Was fangete der Geyer? R. Eins oder das andere. Gen. Maſc. Weilen bey dieſen zwey Adjectiv. das heimbliche Subſt. *Pullum*, verſtanden wird. Numer. Singul. weil nur von einen die Red iſt.

*Hinc inde*, Hin und her. Adverbium. bleibt.

*Errantem*, Jrrend. Wann ein Verbum in *ans*, oder *ens*, in andern Caſibus aber in *antis*, *entis* &c. außgehet/ ſo iſt es 1. Vocis activæ. 2. Modi Infinit. 3. Temporis Participii Præſentis, wie errantem. 4to. 5. 6. Accuſat. Casûs. Gen. Maſc. Num. Sing. Weilen die Part. mit ihren Subſt. nach der 8ten Regl übereinſtimmen/ und allda *unum vel alterum pullum*: heimblich verſtanden wird/ dieſe Partic. gehen auß in end.

Wann aber mehr Subſt. in einer Conſtruct. ſeynd/ und das Partic. weit von ſeinen Subſtant. ſtehet/ wie mag ich erkennen/ zu welchen Subſt. es gehöre? R. Damit mans nicht mit den unrechten übereinſtimme/ ſo muß man ſich mit Wer iſt? befragen. v. g. Jch hab die Vögel bey dem Waſſer fliegend geſehen. Wer iſt fliegend? Jch/ das Waſſer/ oder die Vögel? R. Die Vögl/ volantes, nicht volans oder volantem. Idem eſt de Particip. Præteriti: v. g. Ego *eum* è turri crudeliter à ſuis *dejectum* vidi, &c. Eſt hic frequentiſſimus puerorum error, quem mox initiò pluribûs exemplîs dedocendi erunt.

*Vì aut dolô*. Mit Gewalt oder Liſt: ſeynd beyde Ablativ. Casûs, weil man ſich befragt Wie? auff was weiß fangete der Geyer? R. Mit Gewalt ꝛc. Jſt der Abl. Modi, nach der 13ten Regl.

Hic inſinuanda eſt, ac ſimilibûs locîs identidem repetenda, magni ad authoris verſionem momenti regula,

 nem-

pe: quoties in latino Ablat. abſolutus, id eſt ſinè ulla præpoſitione occurrit, in Germanica verſione Præpoſitionem aliquam Germanicam præmitti debere. Sic Ablativus communis *pretii* aſciſcit, Um/ emi tribûs nummîs. *Inſtrumenti*, Mit/ hîs oculîs. *Cauſæ*, Wegen/ auß/ fame periit. *Temporis*, In/ zu/ bey/ illo tempore, quatuor annîs, media nocte. *Modi*, Mit/ vor/ durch/ celeritate vicit, &c.

*Examen Notionale.* Præter ſuprà allatum de ſingularum vocum ſignificationibus interrogandi modum ſubinde (niſi fors temporis nimium eripiat) examinari poterunt per breviculas conſtructiunculas, v. g. **Ich werde dich villeicht fangen. Sie haben hin und her geirret. Trage Sorg. Ich förchte keinen Gewalt** timeo. **Ich kenne deinen Liſt. Die Mutter wurde ſorgfältig ſeyn. Er wolte lieber Hünlein eſſen/ als die Henn.**

Ubi obſerva non è præſente ſolùm prælectione, ſed & è Præteritis nunquam non aliquid examini, utì & thematis inſerendum.

*Examen Grammaticale*, **wie wird** *vis* declinirt? *errantem* cujus vocis, modi, temporis, casûs, generis? **warumb dieſes?** *gerentibus* cujus vocis, modi, temporis, casûs, numeri? **Warumb?** *Audiret*, *ferret* cujus vocis, modi, temporis, perſonæ, numeri? **wie gibt man Teutſch** magna ſollicitudine? *Dolô* **warumb** in Ablativo? *Caperet* **warumb** in Activo? Conjunctivo? Imperfecto? duobûs florenîs **wie Teutſch?**

## *Paradigma* III.

Repetitio prælectionis heſternæ, per Magiſtrum, vel diſcipulorum unum, plurésve.

*Prælectio nova.* Monet itaque ſingulos, ut ſinè mora ſub ipſius alas feſtinent,

Quamprimùm celerem illum & trucem omnium avium hoſtem volantem cernerent. *Hæc fortè in duas præle-*

*ctiones*

*ſtiones dividi poſſent. Quò pauciora enim docentur, hoc plura diſcunt.*

*Paràphraſis vernacula.* Nun ſo rufft die Henn ein jedes Hünlein in beſonders zu ihr / ermahnet jede / ſie Mutter wurde fleiſſig auff der Wacht ſeyn / und ſobald ſie jenen grimmigen Hüner-Feind daherfliegend erbli-cken ſolte / werde ſie ihnen mit ihrem Geſchrey das Zeichen geben. Sie aber ſollen ihrer ſeits nach gehör-ten Ruff alſobald / ohne Verweilung unter ihre Flü-gel ſich verſtecken / ſo wurde ihnen nichts geſchehen / ſonſt wären ſie mauß todt.

1. *Explanatio Notionalis*, *Monet* von Moneo, es, ere, ui, itum, ermahnen. Davon monitum, i, moni-tio, nis, Monitus, ûs, eine Ermahnung. Monitor, is, ein Ermahner. Admoneo, Commoneo, Heiſſen eben ermahnen.

*Itaque*, Derohalben / deſſentwegen.

*Singulos*, Von Singulus, a, um, Jeder in beſonder wie *omnes* alle insgeſambt.

*Ut* Daß. cum Conjunctivo.

*Sub* Unter. Præpoſitio.

*Ipſius* Ihro / der Hennen.

*Alas* Flügl. von Ala, æ, 1mæ Delin. Gen. fœmin. davon Ales, itis, ein Vogel / oder Geflügleter / Alacris, e, Hurtig / munter / wie ein Vogl.

*Sinè* Ohne. Præpoſitio cum Ablativo.

*Mora* Verweilung. Mora, æ, 1mæ Declin. Gener. fœmin. davon Moror, aris, atus ſum, ein Deponens Verweilen. moroſus, Langweilig.

*Feſtinent*, von Feſtino, as, avi, atum. Eylen. da-hero feſtinatio, nis, Eylung. feſtinus, a, um. Eylender.

*Quamprimùm* Sobald / alſobald / gleich / iſt ein Ad-verbium temporis, regiert ein Conjuncti.

*Celerem* von Celer, is, e. Schnell. davon celeri-tas, is. Schnelligkeit. Celeriter Adverb. Geſchwind.

Et

*Et trucem*, von Trux, cis, Grauſam/ trotzig/ wild/ thürmiſch. davon truculentus, a, um, eben das trucido, as, Umbringen / erwürgen.

*Omnium*, von Omnis, Alle.

*Avium*, von Avis, is. ein Vogl. davon Aviarium, ii. ein Vogl-Hauß. Auceps, gleichſam Aviceps, ein Vogl-Fänger.

*Hoſtem*, von Hoſtis, is, ein Feind. davon Hoſtilis, e, Feindlich. Hoſtilitas, Feindſeeligkeit.

*Eminùs*, Von weithen. Adverb. loci wie cominus, in der Nähe.

*Volantem*, von Volo, as, avi, atum, are, Fliegen. davon Volatus, ûs, Der Flug. Volucris, is, Vogl. Volaticus puer, ein flüchtiger Bub.

*Cernerent*, von Cerno, is, ere, crevi, Sehen. 2dò Heiſt es auch Unterſcheiden.

2. *Explanatio Grammaticalis. Monet*, Ermahnet/ von Moneo, es, ere, ui, itum. Iſt das Verbum dieſer Conſtruction. Wo iſt dann der Nominativ. darzu? ℟. Weil keiner offentlich da iſt / ſo muß einer heimlich verſtanden werden nach der Regl apertè vel occultè. Was ſoll dann diß für ein Nominat. ſeyn? ℟. Hierzu mercke / daß in der Lateiniſchen Sprach der Nominat. Pronominum Ego, tu, ille, illa, illud, nos, vos, illi, æ, a. gemeiniglich außgelaſſen werden / welche aber im Teutſchen außdrücklich zu ſetzen ſeyn: als: Ich / du/ der/ die/ das/ oder jener/ e/ es. Plur. Wir / ihr / ſie. Alſo fragt man allda / Wer mahnet? ℟. Die Henn. Gallina, an deſſen ſtatt aber nihmt man das Pronom. Sie. Sie ermahnet iſt vocis Activæ, modi Indicativ. Temporis Præſ. *Monet*, Tertiæ perſ. Numer. Singul. wie das heimlich verſtandene illa Gallina.

*Itaque*, Derohalben / oder deſſentwegen. iſt eine Conjunctio media ſive communis, ſo vor oder nachgeſetzt kan werden.

*Sin-*

*Singulos*, Jede / oder alle und jede. Singulus, a, um, welches doch ſelten im Sing. geſagt wird / heiſt eigentlich / einzelen / oder wie wir reden / zu eintzig; beſſer aber jedwederer in beſonder / einſchichtig. v. g. Iverunt ſinguli, Sie ſeynd einer und einer gegangen. Daher Numerus Singularis die einzele Zahl.

*Ut* Daß. Iſt ein Adverbium oder Conjunction.

*Feſtinent* Eylen. von Feſtino, as, avi, atum. Iſt das Verbum dieſer Conſtruct. Wer ſoll eylen? iſt der heimliche Nominat. *illi pulli*, Sie die Hünlein.

*Feſtinent*, über ament. iſt 1. Conjugat. Primæ. 2. Vocis Activæ, weil kein Hülffs-Wort dabey. 3. Modi Conjunct. weil *ut* vorangehet. 4. Temporis Præſentis wegen des Außgangs et. 5. Tertiæ Perſonæ. Numeri Plur. wie der heimliche Nomin. *illi pulli*.

*Sinè Mora. Sinè*, ohne / Præpoſitio cum Ablativo.

*Mora, æ*, Gen. Fœm. Verweilung / weil. Numer. Sing. weil nicht mehrer ſeynd; Nach der 10. Regel.

*Sub alas* Unter die Flügel. *ſub* unter. dieſe Præpoſ. regieret einen Ablativ. nach der Frag wo? oder einen Accuſ. nach der Frag wohin? wie man allda fraget: wohin ſollen ſie eylen? ℞. Unter die Flügel / ſub alas. Iſt Num. Plur. weil mehr als ein Flügel iſt:

*Ipſius* Jhro. Iſt der Genit. wegen der Frag: Unter weſſen Flügel? ℞. Jhro der Hennen. Numer. Singul. wie Gallinæ.

*Quamprimùm*, da fangt wiederumb eine neue Conſtruction an / dero Verbum iſt *viderent* ſeheten. Weil im Lateiniſchen kein öffentlicher Nominat., muß ſolcher abermahl im Teutſchen geſetzt werden. Wer ſehete / oder wurde ſehen? ℞. Sie die Hünlein / *illi* pulli. auff teutſche Arth müſte man ſagen / *illa* monet ſingulos, ut *illi* feſtinent, quamprimùm *illi* viderent. *viderent*, wie docerent, iſt vocis activæ. 2. Modi Conjunct. welcher von quamprimum regiert wird. 3. Temporis Imperfecti,

Ki, ſo außgehet in eten. 4. 5. Numeri Plural. perſonæ tertiæ, wie der heimliche Nominat. *Illi.*

*Celerem illum & trucem hoſtem.* Jenen ſchnellen/ und grauſamen Feind. Iſt der Accuſat. wegen der Frag: Wenn oder was ſeheten die Hünlein? R. Den Feind hoſtem. Num. Sing. weil nur einer / das iſt/ ein Geyer iſt. Celerem von celer, is, e. über Brevis. Trux, cis, über Felix. beyde in in Accuſ. und Num. Sing. wie ihr Subſt. *hoſtem.* und weil die Conjunctio copulativa & zwiſchen 2. Nominibus dieſelbe in caſu copulirt/ v. g. Der weiſſe oder ſchwartze Adler.

*Omnium Avium,* Aller Vöglen. iſt der Genit. wegen der Frag: weſſen Feind? R. Aller Vöglen. Num. Plur. weil mehrer ſeynd. Avis, is, weilen es in *s* außgehet / und im Genit. nicht wachſet / gehet im Genit. Plur. in *ium* auß: Alſo auch Hoſtium &c.

*Eminùs volantem,* von weiten fliegend. *ans, antem &c. ens entem,* iſt das Teutſche Partic. Præſ. in End. Wer iſt fliegend? die Hünlein? oder die Henn. R. Nein / ſondern der Feind aller Vöglen / das iſt der Geyer. Muß alſo das Part. in Genere, Numero & Caſu mit *hoſtem* ſeinen Subſt. übereinſtimmen.

*Examen, repetitio, concertatio Notionalis.* Was heiſſen die Adverbia, eminùs cominùs? was quàm primùm? was itaque? was fortè? was hinc, inde? was heiſſen die verba: volo, as? cerno, is? feſtino, as? moneo, es? was die Subſtant. hoſtis, is? avis? ala? mora? vis? dolus? cura? was die Adjectiva trux, cis? celer? ſingulus?

*Idem converſo ordine.* Was heiſt lateiniſch fliegen? was eylen? ſehen? mahnen? ꝛc.

*Vel per conſtructiunculas.* Etliche Vögl fliegen ſchnell. Die Mutter wird dich ermahnt haben. Eyle ohne Verweilung. Er ſihet von weiten / und in der Nähe. Der Vogl wäre hin und her geflogen. Der grauſame Feind wird uns fangen.

Exa-

*Examen grammaticale. Feſtinent* cujus conjugat., vocis, modi, temporis, perſonæ, numeri? und warum jedes? *cernerent*, cujus conjugat. &c. und warumb? *volantem*, warumb in Particip. und accuſ.? *Monet*, was hat es für einen Nomin.? ingleichen *feſtinent?* ingleichen cernerent? was regiert *ſub?* omnium avium warum in Genitivo? &c.

# *Paradigma* IV.

REpetitio Prælectionis heſternæ per Magiſtrum, vel diſcipulorum unum aut plures.

*Prælectio Nova.* Pulli longo tempore paruêre, illicò ſub matris plumis ſe abdentes, cùm vocantem audirent.

1. *Paraphraſis vernacula.* Die Hünlein lieſſen ihnen dieſes geſagt ſeyn / und waren lange Zeit ſo gehorſam / daß ſobald ſie die mütterliche Stimm vernohmen / ſich alſobald unter ihre außgebreitete Flügel mit aller Behutſamkeit verſteckten.

2. *Explanatio Notionalis. Pulli* von pullus i, wie ſchon geſagt.

*Longô* von longus, a, um, lang. davon longitudo, die Länge. Longævus, a, um, gleichſam longi ævi, ein alter Mann von langen oder hohen Alter.

*Tempore.* von tempus, oris, Zeit. davon tempeſtivus, a, vum. Zeitlich / zur rechter Zeit. Tempeſtas, tis. Beſchaffenheit der Zeit / oder Wetter / Witterung.

*Paruêre.* von Pareo, es, ere, ui, itum. Gehorchen / oder gehorſamen: Ein anders iſt Pario, is, ere, Gebähren; ein anders Paro, as, bereithen.

*Illicò* Alſobald / Flux / im Augenblick. ein Adverbium temporis, wie quamprimùm.

*Sub* unter. Præpoſitio cum Accuſ. vel Ablativo.

*Matris.* von Mater, tris, Mutter.

*Plumis* von pluma, æ. 1mæ Declinat. Gener. fœmin. Ein Feder / plumeus, a, um, federicht / plumatus gefedert / implumis, ohngefedert.

*Se* der Accuſ. von ſui, ſibi, ſe. ſich.

*Abdentes*, von abdo, dis, ere, verſteckend/ verbergend / locus abditus, ein verborgner Orth.

*Cùm*, Da/ indem. ein anders iſt die Præpoſ. cum.

*Vocantem*, von Voco, as, avi, atum. ruffen. davon vocatus, ûs, oder vocatio, nis Ruff oder Beruff. Vocativus caſus der ruffende caſus.

*Audirent*, von Audio, is, ire, Hören. davon auditus ûs. das Gehör / auditio, die Hörung.

3. *Explanatio Grammatica.* Pulli &c. in dieſer Conſtruction iſt das Verbum *paruêre.* Haben gehorchet. und mit dieſen fragt man ſich: Wer hat gehorchet? ℟. Die Hünlein *pulli.* ſo iſt dann dieſes der Nominativus. des Verbi. Num. Plur. weil mehrer Hünlein ſeynd.

*Paruerunt* vel *paruêre;* wie legerunt. Iſt alſo diß Verbum erſtens vocis activæ. 2. Modi Indicat. 3. Temporis perfecti. 4. 5. Perſonæ 3tiæ. Numeri Plur. wegen ſeines Nominat.

*Longô tempore.* Eine lange Zeit. iſt der Ablat. temporis, weil ich mich befrage: Wie lang haben ſie gehorchet? ℟. Lange Zeit; nach der 12. Regel. negant aliqui rectè dici poſſe: *longum tempus*, ſed id omittendum eſt.

*Illicò ſe* ſich. Iſt der Accuſat. wegen der Frag wen oder was verſteckten ſie? ℟. ſich / ſe, nach der 14ten Regel.

*Sub plumis.* Unter den Federn. warum zuvor ſub matris alas? und da ſub matris plumis? ℟. weilen man dort gefragt: wohin eylten ſie? mit welcher Frag *ſub* einen Accuſat. regieret. Da aber fragt man: wo verſteckten ſie ſich? ℟. unter denen Federn; Iſt alſo der Ablat. Num. Plur. weil mehr Federn ſeynd.

*Cùm*, da / indem/ regiert einen Conjunct. oder auch einen Indicativum.

*Vocantem.* In dieſer Conſtruction iſt das Verbum *audirent*, höreten/ oder hören wurden/ vocis activæ.

2dò

2. Modi Conjunct. wegen der Conjunction cùm, 3. Tempor. Imperfecti. Da iſt abermahl ein heimlicher Nominat. wie geſagt: Wer höreten? ℞. Sie die Hünlein *illi pulli:* darumb auch *audirent* Numeri Plur. 3iæ Perſonæ iſt.

*Vocantem* Ruffend. Iſt ſchon geſagt/ daß der Lateiniſche Außgang *ans*, *ens*, im Teutſchen außgehe in end/ und ſeye das Partic. Præſentis., warumb aber in Accuſ. ℞. Wer iſt ruffend? ℞. Die Henn. Item weil man ſich fragt: Was höreten ſie? ℞. Die ruffende.

*Examen, Repetitio &c. Notionale.* Was heiſſet Pareo, es? was Abdo, dis? Voco? was illicò? was pluma, æ? *vel* was heiſt ein Feder? gehorchen? verſtecken? alſobald? ruffen?

*Vel* mach die Conſtruction: Du muſt der Mutter gehorſammen/ Er werde mich mit Liſt geruffen haben. Er hat viel Federn gehabt. Wir hatten uns wegen dem Feind verſteckt.

*Examen Grammaticale.* Was regiert die Conjunction Cùm? was Sub? Longô tempore, per quam regulam? Was Temp. Mod. Voc. ſeynd die Verba in *ans, ens &c. abdentes* cujus vocis, modi, temporis &c.

Atque hæc Paradigmata ſufficiant, ad quem modulum, ſi totius anni conſtantiâ explanationes ſuas continuaverit Magiſter; ſi effecerit, ut ſaltem meliores, reliquas poſt ſextam decimam fabellas propriô Marte domi vertant, nihil dubitet, quin futurum ſit, ut ex his haud paulò, quàm ex argumentorum compoſitione diſcant, in regulis egregiè firmentur, magnamque facilitatem ad Corne. Nepotis, & aliorum authorum intellectionem allaturi ſint. Paucæ enim Regulæ ſunt, quæ non ferè quotidie in exemplis recurrunt, unde facilè confutantur ii, qui authoris expoſitionem in hac ſchola ineptam putant.

*Obſerva* 2. Horam huic exercitationi deſtinatam facilè impleri, ſi heſternæ repetitioni quadrans & amplius

tri-

tribuatur ; & ad attentionem ſervandam, cujus in hac ſchola maxima cura eſſe debet, mediæ explicationi examen identidem interjiciatur.

3. Etſi expoſitio ejusmodi haud magnæ meditationis vel operis ſit, non tamen omninò imparato Magiſtro eundum ad ſcholam.

4. Aſſuefaciendi pueri, ut quemadmodum in componendo, tempora ex deſinentia & verbo auxiliari, ita in legendo ê deſinentia latina diſcernere addiſcant. In temporibus Paſſivi & modi Infiniti utriusque; quin in tribus temporibus perfecti, in Activo haud multum difficultatis eſt. Facilè enim *Imperfectum* cujuscunque Conjugationis dignoſcitur ex terminatione ibam bas-bat-bamus-batis-bant. *Perfectum* ex i-iſti-it-imus-iſtis-erunt vel êre. *Plusquamperfectum* ex eram-eras-erat-eramus-eratis-erant. *Futurum* duarum primarum Conjugationum, ex bo-bis-bit &c. Idem eſt de conjunctiv. *Imperfecto*, ex rem-res-ret-remus-retis-rent. *Perfectum* ex erim-eris-erit-erimus-eritis-erint. *Plusquamperfectum*. iſſem-iſſes-iſſet-iſſemus-iſſetis-iſſent. Solæ, quæ pueros dubios reddere ac morari poſſent, ſunt terminationes in am-as-at &c. & em-es-et &c.

*Am* vel 3tiæ vel 4tæ Futurum Indicat. eſt primæ perſonæ ùt legam, audiam. *Vel* 2dæ, 3tiæ, 4tæ. Præſens Conjunct. primæ perſonæ, ùt cùm doceam, legam, audiam. Cæterum *as-at-amus-atis-ant*, in prima præſ. Indicat., In tribus reliquis, Præſentis Conjunctivi ſunt.

*Em* &c. Præſ. Conjunct. Primæ: at *es-et-emus-etis-ent*-etiam futuri ſunt in 3tia & 4ta &c.

## III. *Explanatio Præceptorum.*

PRæceptorum explanandorum Nomine veniunt. 1*mò*, *Declinationes* & *Conjugationes*, cum Adjectivis, notis, & animadverſionibus, quarum notitiam etſi jam domô attuliſſe oportet, mediocrium tamen causâ breviter primô menſe repetenda ſunt.

2. *Qua-*

2. *Quatuordecim Præcepta*, idque propter perpetuum eorum in componendo & reſolvendo uſum ante Rudimenta.

3. *Rudimenta* è Germanica verſione, cùm in præceptis *res ſpectandæ ſint non verba*, ſatisque ſit, ſi horum ſenſum percipiant diſcipuli.

4. *Supplementum* Rudimentorum.

5. *Quæ Maribus* altero Semeſtri.

Quî hæ explanationes pro curſu annuo dividi poſſint, hic fortaſſe Typus ſerviet, diſpoſitâ in 134. dies *materiâ*.

## *Declinationes & Conjugationes.*

1. DE Declinatione Nominum. 3. Haubt-Regl de Formationibus, dem Teutſchen Articl.

2. Notæ ad 1am & 2am Declinat. 3. In tertiam. 4. In 4tam. 5tam. & de Adject. 5. De Pronominibus. 6. De Relativis, maximè eorum Compoſitis. 7. De Conjugationibus & verbo *Sum*. 8. De Germanica Conjugatione. 9. De eadem & notis. 10. De eadem & Formationibus. Modô diſcernendi Activum & Paſſivum. 11. Notæ in *Amo*. 12. Eædem in *Amor*. 13. De Verbo Neutro & Deponente. 14. Notæ in *Poſſum*, *fero*, *eo*. 15. Notæ in *Fio*, *dic &c.* 16. De Imperſonalibus.

## *Quatuordecim Præcepta cum Appendice.*

17. Præceptum 1um & 2um. 18. 3tium & 4tum. 19. 6tum & 7um. 20. 8um & 9um. 21. 10um. 11um. 22. 12um. 13um. 23. Item 13um. 24. Idem & 14um. 25. 15um. 26. 16um. 27. 17um. 28. 18um. 29. 19um. 30. 20um & 21um.

## *Rudimenta.*

31. Rudimenta. 32. De Attributis orationis. 33. De Subſtantivo. 34. De Nomine Adjectivo. 35. De Interrogativo. 36. De eodem. 37. De Partitivo. 38.

De Derivativo. 39. De eodem ex Proleg. 40. De Nominibus Poſitivis. 41. De Formatione Comparat. 42. De Defectivis. 43. De Pronomine. 44. De Verbo. 46. De Modis Verborum. 47. De formis Verb. 48. De Participio. 49. De Præpoſitione. 50. De eadem. 51. De iisdem ex Proleg. radicum. 52. De iisdem itidem. 53. De Adverbio. 54. De Conjunctione. 55. De eadem, & Interjectione.

## *Supplementum Rudimentorum.*

56. Mutatio Activi in paſſivum. 57. Tres Exceptiones. 58. Mutatio Paſſivi in Activum. 59. De Man. 60. De Debeo. 61. De eodem. 62. De occulto *Debeo*. 63. De Conjunct. *Quòd*. 64. De eodem. 65. De occulto *Quòd*. 66. De occulto *ut*. 67. De rus, ra, rum. 68. De *Qui, quæ, quod*. 69. De eodem. 70. De eodem.

## *Repetitio 14. Præceptorum.*

71. Præceptum 1. 2. 3. 4. 72. 5. 6. 7. 8. 73. 9. 10. 11. 74. 12. 75. 13. 76. 14. 15. 77. 16. 78. 17. 18. 79. 19. 20. 21.

## *Quæ Maribus.*

79. â verſu 1mo. 80. â 5to. 81. ab 8vo. 82. â 15to 83. â 20. 84. â 23. 85. â 25. 86. â 29. 87. â 36. 88. â 40. 89. â 43. 90. â 48. 91. â 52. 92. â 58. 93. â 65. 94. â 71. 95. â 75. 96. ab 80. 97. ab 86. 98. â 93. 99. â 101. 100. â 108.

## *Repetitio Rudimentorum.*

101. Rudimenta. 102. De Subſt. & Adject. 103. De Infinito. 104. De Partitivo. 105. De Derivatis. 106. De Nom. Poſ. 107. De Comparativo. 108. De Pronom. & Verbo. 109. De Modis Verborum. 110. De Præpoſition. 111. De iisdem. 112. De Adverb. 113. De Conjunctione & Interjectione.

Re-

## *Repetitio Supplementi.*

Fit. ab 114. die ad anni finem, cùm in hoc cæteris plùs ſitum ſit.

## *Forma ac Methodus hujus Explanationis.*

Circa Explanationis hujus Methodum obſervandum eſt primò, in iis præceptis inhærendum maximè, quæ difficultatis plus habent, ac contra quæ peccatur frequentiſſimè; quæ adeò multiplici repetitione mediocribus etiam & debilioribus penitùs imprimenda. Præcipuæ verò difficultates ſunt in *principiis* Temporum discrimen, præſertim Activi â Paſſivo, poſt auxiliare verbum wird / wurd / in quo perſæpè hallucinantur parvuli. *In* 14. *Præceptis*, vel potiùs Appendice, Regulæ de Gerundiis in *di*, *do*, *dum*, diligentiſſimè explicandæ, & multiplici examine ventilandæ.

In *Rudimentis* 1ma Regula de *Interrogativis Infinitis* ſatis inculcari non poteſt, nec alia frequentiùs etiam â provectioribus vapulat. 2. De Vocibus Primitivis curatè exponatur ratio *Derivatorum* Latinorum Significata Germanica, ê terminatione agnoſcendi. 3. Utì & in *Præpoſitionum* doctrinâ, vis earundem ac poteſtas in compoſitis; ê Prolegomenis libello Primitivorum præfixis. Id quod poſt Primitiva memoriæ mandata viam ſternet ad Authorem citiùs, meliúsque intelligendum. 4. Conjunctiones præpoſitivæ & ſubjunctivæ. In *Supplemento* omnia ſunt magni momenti, creberriméque ſi quid aliud non in hac tantùm ſcholâ, ſed & in ſecunda iteranda. Qui puer in *Gerundiis*, in ſupprimendo *quòd*, *debeo*, *relativo* ritè exercitus fuerit, is Grammaticæ plus quàm dimidium confecerit, & Syntaxiſta bonus evadet haud dubiè.

*Obſervandum* 2. Quatuordecim Præcepta ac Rudimenta potiùs videri explicanda ê Germanica verſione, nec hærendum in ignotorum pueris *verborum* cortice,

ſed *rem* ipſam & nucleum mox exedendum. Quia verò pleraque plana ſunt, minimèque obſcura, duabûs rebûs finietur explanatio 1. Ut præcepti ſententiam aliîs, aliisque ad majorem intelligentiam loquendi formulîs efferat. 2. Quod caput eſt, exemplîs creberrimîs, & continentì propè examine volaticæ aliàs puerorum memoriæ infigat. Quamquàm hoc item exempla conquirendi labore, operâ noſtrâ levatus ſit Magiſter, horum compluribûs Operi ipſi inſertîs.

*Obſervandum* 3. Quod ſuprà de authore dictum, pars explanationis prior eſt pridianæ repetitio, quam vel Magiſter ipſe, vel diſcipuli faciant. Illud generatim tenendum, ut ea tractentur curatiùs, quæ ad veram, probámque Latinitatem conſequendam faciant, usúque ſint majoris, iîs prætermiſsîs vel leviter contactîs, quæ ſpeciei plus, ac neſcio cujus ineptæ, logicæque ſubtilitatis, quàm ſolidæ utilitatis habeant. Admonitionibus denique, quæ regulis quibusdam in opere ſubjiciuntur, religiosè ſtandum. Cæterùm etſi in re alioquin plana, Paradigmatis nihil ſit opus, unicum tamen attexuiſſe juvat: nempe diei (ut in Typo noſtro) 35tæ. De Partitivis, Numeralibus, & Diminutivis.

## *Paradigma.*

*Quid eſt Partitivum.* Partitivum kombt her von pars, tis, ein Theil/ davon das Deponens partior, titus ſum theilen. Nomen Partitivum ſo viel als ein theilends Nomen; iſt ein ſolches Adjectiv. welches einen Theil auß vielen oder groſſen Menge bedeutet. Wie aliquis, quispiam, nonnullus, ullus, quidam, welche alle heiſſen einer/ eines. v. g. Einer auß der Schul-Menge/ einer auß der Gemeinde der Burgern/ einer der Raths-Herren/ꝛc. oder auch im Plurali Einige auß euch/ ein gewiſſer Vogl ꝛc. quæpiam, quædam (ex avibus) avis. *Nota. unus* heiſt zwar auch einer; aber der Zahl nach/ als da man zehlt: wie viel wàren? ℞. Einer/ zwey oder

drey/

drey / da iſt es ein Nahmen Numerale. Darum dann gar übel Latein reden / welche da die Conſtruction: Es iſt einmahl ein König geweſen / man ſagt von einen Riſen; Es war ein Fuchs ꝛc. Fuit unus Rex; Dicitur de uno Gigante, Erat una Vulpes &c. ſondern man muß das Partitivum brauchen. Fuit *quidam* Rex. Dicitur de *quodam* Gigante. Erat *aliqua* vulpes &c. das iſt, einer auß vielen Königen / Riſen / Füchſen ꝛc.

Andere *Partitiva* ſeynd / welche mit einem Wort viele oder ein Menge bedeuten / welche aber beſſer univerſalia genennt werden / das iſt allgemeine / mehrers unter ſich begreiffende Nomina. Gleichwie die Subſtant. Collectiva, auch mit einem Wort im Singulari eine Menge andeuten / wie Exercitus, Senatus &c. dergleichen Univerſalia Nomina ſeynd. Omnis, cunctus, aller / nullus, keiner / nemo, niemand. Unter dieſe Gattung mögen auch kommen / unusquisque, quivis, quilibet, quicunque &c. ein jedweder er auß vielen. Wie auch Pauci, wenig / multi, viele. Warumb ſoll ich aber wiſſen / was ein Partiti. und dergleichen ſeye? ℞. In dem Syntax ſeynd ein Menge Reglen / was die Nomina Partitiva, wie ingleichen Poſſeſſiva, Numeralia, Relativa &c. für Caſus regieren / die man dann zuvor lehrnen muß.

Was iſt ein *Numerale?* Kombt her von Numerus, ri, eine Zahl / iſt alſo ein Nomen, ſo eine Zahl bedeutet / wie eins / zwey / drey ꝛc. Weil es aber 3. unterſchiedliche Arthen zu zehlen gibt / ſo ſeynd auch 3. Gattungen der Numeralium. Erſten kan man in den Zählen fragen wie viel? ℞. Einer / zwey ꝛc. zwaintzig. oder mit der Frag der wievielte iſt er? ℞. Der erſte / anderte / zwaintzigſte / welches gantz ein anders iſt als Eins / zwey ꝛc. oder aber wieviel waren in einer Ordnung oder Reyhe? ℞. Zu vier / zu ſechs.

Die erſte Gattung wird genannt Nomen Numera-

 le,

le, *Principale*, oder *Cardinale*, das iſt ein Haubt-Zahl-Nahmen. Cardinale von cardo, inis, ein Thierangel/ an dem die gantze Thier hanget/ alſo hangen an dieſen die übrige Numeralia. Dann wo nicht eins/ zwey/ drey/ vier ꝛc. ſeynd/ kan weder einer der erſte/ noch dritte/ noch zwey und zwey/ drey und drey ſeyn. Gleichwie in anderen Sprachen/ ſo ſolle man auch gleich anfangs Lateiniſch zehlen lehrnen/ wenigſtens bis zehen/ unus, duo, tres, quatuor, quinque, ſex., ſeptem, octo, novem, decem. Weiter fangt man wieder mit *un*-decim, *duo*-decim, *tre*-decim, *quatuor*-decim &c. hernach wider *bi*-vel viginti, *tri*-ginta, *quadra*-ginta, *quinqua*-ginta &c. bis auff hundert.

Was iſt ein *Ordinale?* Bedeutet eine Zahl nach gewiſſer Ordnung und beantwortet die Frag: Der Wievielte? ℟. Primus, ſecundus, tertius, der erſte/ anderte/ dritte/ und alſo quartus, quintus, &c. decimus. Weiter *un*-decimus, *duo*-decimus, &c. weiter gehen alle auß in *eſimus*, vigeſimus, der zwaintzigſte/ trigeſimus &c. centeſimus.

Was iſt ein *Diſtributivum?* Das eine Menge in gewiſſe Ordnung/ Reyhen/ Linien eingetheilt andeutet. Wie Singuli, zu einzlen/ bini, zwey und zwey ꝛc. v. g. Sie marſchieren zu vieren/ quaterni incedunt. Händ und Füß haben 5. Finger/ quinos digitos. Im jeden Loß werden 10. gehebt/ qualibet ſorte deni educuntur. Je zu 30. haben ſich eingefunden/ triceni advenêre. Dubitârunt quidam, an pro *duo libri* rectè dicatur *bini:* verùm Cicero habet *ternos libros* pro *tres.* Quod paſſim imitandum non cenſeo.

Was iſt ein *Nomen Diminutivum?* ℟. Multi multa de formatione Diminutivorum afferunt, â quibus ſimpliciter abſtinendum, exemplîs tamen aliquot, prægustus quidam dandus pueris.

Nomina in *is*, ignis, igniculus. *Faſcis*, faſciculus, *Mollis*, molliculus, *Piſcis*, piſciculus.

In *er*, Piger, pigellus. Miſer, miſellus. Tener, tenellus. Puer, puellus. Ager, agellus.

In *a*, Mora, morula. Pluma, plumula. Filia, filiola. Herbula, cænula, lachrymula, animula.

In *us*, *Maſculina*. Rivus, rivulus. Nodulus, modulus, gladiolus, ſanctulus, ineptulus, animulus.

In *us*. *Neutra*, rus, ruſculum. Fœnus, fœnuſculum. tempus, tempuſculum.

In *um*. Atrium, atriolum. Pallium, palliolum. Vel Templum, Tempellum. Vitrum, vitrellum.

In *ax*, *ex*, *ix*, Ferox, feroculus. Audax, audaculus. Radicula, forficula, nutricula, thoracula.

In *io*. Ratio, ratiuncula. Cœnatio, cœnatiuncula. Ambulatio, ambulatiuncula.

*Examen*, *Repetitio*, *Concertatio*. Was iſt ein Partitivum Nomen? welche ſeynd Partitiva? Iſt es gut Latein, Fuit una Gallina? Was heiſt Partitivum teutſch? was ein Univerſale? welche ſeynd ſolche Univerſalia? wie viel ſeynd Numeralia? warumb heiſt das Principale, auch Cardinale? wer kan mir biß auff 10. Lateiniſch zehlen? wer auff 20.? was iſt ein Numerale Ordinale? was heiſt der zwaintzigſte? was: je fünffzehen? was iſt ein Diminutivum? mach ein Diminutivum von Muſa?

*Vel* Mach mir die Conſtruction: Sie giengen wie die Gänß eins und eins. Wäre ich nur der 10te geweſen / ſo hätte ich 30. Kreutzer bekommen. Ein jedweder auß uns wäre verdorben. Diminutivum wird von Diminuo derivirt worden ſeyn. Es ſchauete einer bey dem Fenſter herab.

*Nota*. in examinibus hujusmodi quibuscunque præter regulam, etiam tempus aliquod difficilius, vel gerundium vel quid ſimile admiſcendum eſſe, præſertim poſt explicatum ſupplementum. Illud certum: ex his

 fun-

fundamentis pendere Grammaticam & Syntaxim; neque minùs illud: niſi centies dicta, & in explanationibus, & argumentis ad nauſeam repetita, non hærere, nec â vulgo puerorum ſatis percipi; atque jure hìc occini poſſe illud: *Occidit miſerum crambe repetita Magiſtrum Parvæ Scholæ.*

## IV. *Scriptio ſeu Argumenta.*

### *Materia Argumentorum.*

THematum materia utì haud dubiè è Biblica hiſtoria, nempe moralium documentorum fonte uberrimo petenda eſt, ita indè ab Adamo, quô jacet ordine continuata, ferè faſtidioſa fit. Præſtabit jam unam, jam alteram Hiſtoriæ partem ſingularem, ac illuſtriorem deſumere, utì ſunt v. g. *Adamus* 1. â Deo creatus. 2. Tentatus: 3. Lapſus. 4. E Paradiſo Exul. 5. Ejus lachrymæ. Erit hæc multorum argumentorum materia, ſi ſingulis partibus doctrinam ex re natam ſubjunxeris, ut in Phœdri fabulis.

*Noëmi Hiſtoria* 1. Sethitarum probitas. 2. Iidem ex improborum cainitarum ſocietate perverſi. 3. Orbis idololatra & ſceleratus. 4. Noëmus arcæ faber. 5. Diluvium. 6. Exitus ex arca & ſacrificium. 7. Noëmus ebrius &c.

*Abraham* 1. Migrans. 2. Lotho ſuccurrens, 3. Iſaacum immolans. 4. Uxorem quærens Iſaaco. 5. Moriens.

*Joſephi Hiſtoria* plùs quàm anni integri themata ſufficiet.

*Moyſes.* 1. Infans. 2. Doctus in aula. 3. Homicida. 4. Paſtor. 5. Legatus. 6. Prodigiorum Patrator. 7. Ductor ex Ægypto. 8. Legislator. 9. Judex &c.

Ejusdem fertilitatis ſunt: Singulares Jobi, Eſtheris, Tobiæ, Danielis Hiſtoriæ. Samſonis labores. Saul, David, Salomon. Judas Machabæus &c. Ad has latiùs de-

deducendas vel ipſe textus Biblicus, vel Pexenfelderi florus Biblicus, vel alius Biblio-Hiſtoricus inſpiciendus erit. En Exemplum unum, latiùs deductam *Danielis Hiſtoriam*.

*Thema 1um.* Captivus Daniel cum Sociis Juvenibus magna docilitate chaldæas litteras addiſcit. 2. Ex humili fortuna in lautiorem, litterarum præſidiô enitendum eſt.

3. Repudiatîs Ethnicorum cibîs, legumina edit Daniel, & pingueſcit. 4. Modico & duriore paſtu robuſtiores fiunt Juvenes.

5. Tres pueri doctrinæ ſuæ ſpecimen edunt coram rege. 6. Bene educati ac ſeduli pueri jam in honore ſunt, & pretio.

7. Vocatur Daniel ad ſuggerendum regi, quod oblitus erat ſomnium. 8. Is ante per preces divinum lumen petit. 9. Qui non orat Studioſus, ſinè fructu laborat. Animam malevolam non init ſapientia.

10. Somnium regis. 11. Daniel interpretatur.

12. Aureum caput, monarchia Aſſyria annorum. - -

13. Pectus argenteum, Perſica annorum. - - -

14. Ærea. Perſica. 15. Romana annorum. - -

16. Lapillus â monte deciduus. Chriſtus rex ſæculorũ.

17. Daniel Aulicorum Princeps. 18. A Doctrina & doctîs gubernatur mundus.

19. Nabuchus ſtatuam ſuam adorari præcipit, 20. Superbia ruinæ proxima.

21. Populi obſequuntur. Statua ſolenniter dedicatur. 22. Iniqua imperantibus non eſt parendum.

23. Tres pueri conſtanter detrectant ſtatuam adorare, 24. Quando Dei res agitur, & conſcientiæ, nullis minis vel promiſſis cedendum.

25. Mittuntur in fornacem ignis, ubi illæſi obambulant. 26. Innocentia premitur non opprimitur.

27. Nabuchus Deum Danielis agnoſcit. 28. Prodigia noſtram religionem confirmant.

29. So-

29. Somnium regis de arbore. 30. Idem continuatum. 31. Somnia quæ *divina* non ſunt, contemnenda. nempe *naturalia* vel *diabolica*.

32. Interpretatio ſomnii. 33. Documenta regi â Daniele data. v. Danielis c. 4. v. 24. Vox à Nabucho audita v. 28.

34. Nabuchus fit bovi ſimilis, errat in ſylvis. 35. Qui ſe exaltat, humiliabitur.

36. Rex poſt 7. annos ſanitati reſtituitur. 37. Adverſîs & miſeriis ad ſanam mentem reditur.

38. Convivium Balthaſſaris vaſa ſacra profanantis.

39. Sancta ſanctè tractanda.

40. Digiti in muro ſcribentes cum omnium terrore.

41. Arioli nequidquam conſuluntur & necantur. 42. Præſagis ac Divinis nihil credendum.

43. Daniel Scripturam in pariete interpretatur.

44. Interitus Balthaſſaris. 45. Mors etiam Juvenibus ubique & ſemper vicina.

46. Daniel apud Darium gratiâ valet, & extollitur c. 6. v. 1. 47. Virtus vel in hoſte probatur. 48. Decretum Darii a. v. 7. 49. Daniel ſtatas preces perſolvit. 50. Qui ab orando, idem â ſtudendo remittit.

51. Daniel in lacu Leonum. 52. Præſtat millies mori, quàm Deum offendere.

53. Daniel inter Leones ſalvus. 54. Si conſiſtant adversùm me caſtra, in hoc ego ſperabo.

55. Viſio Danielis de 4. animalibus, ac per ea ſignificatis Monarchiis. c. 7. 56. Prædictio de Chriſti Adventu. 57. Gratos eſſe nos oportet, qui poſt hunc vivimus.

58. Accuſatur Suſanna â Senibus. 59. Nihil novi, quòd & innocentiſſimi per calumniam accuſentur. 60. Condemnatur Suſanna & ducitur. 61. Non dices falſum teſtimonium præſertim pernicioſum.

62. Senes mendacii convincuntur â Juvene Daniele.

63. La-

63. Lapidantur. 64. Calumniatores non diu gaudent fructu malignitatis ſuæ.

65. Idolum Bel vorax v. c. 14. 66. Daniel regi fraudem detegit. 67. Reticentia culpæ alienæ, alienum peccatum.

68. Ex cineribus ſparſis dolum rex intelligit.

69. Nihil tam occultum, quod non reveletur.

70. Daniel Draconem bolô interſicit. 71. Amentia gentilium.

72. Daniel in carcere paſcitur ab Angelo. 72. Fiducia & ſpes in Deum nunquam confunditur.

Viden ex una Hiſtoria ſingulari Themata plùs quàm dimidii anni.. Non attinet dicere, quî deducenda, id eſt circumſtantiîs ſuîs, antecedentibùs, concomitantibûs, conſequentibûs in juſti thematis formam adornanda ſint.

## *Forma Argumentorum.*

SI qua in ſchola, hac certè curandum, ut themata ſint imò ad regulas relata, 2. Perſpicua, & intelligibilia. 3. Facilia & brevia. Ut primum obtineatur, illigandum ſemper erit non modò recens explanatum præceptum, ſed & aliquid identidem è prioribus. Præterea quam utiliſſimum fuerit, eas voces admiſcere, quarum ſignificata jam ex authore, vel Primitivis didicêre; nec adeò dictanda erunt. Quoniam verò ex omnibus doctionis laboribus faſtidioſior nullus eſt, ac thema ejusmodi concinnare, *ars illa,* de qua generatim meminimus, *quidlibet trahendi ad quodlibet* diligenter exercenda erit docturo Magiſtro. Exemplum afferam unicum, aliquantò, quàm oporteret, diffuſius.

Sit ergò Thema: *Cain interfectô fratre Abele, conſcientiæ furiîs actus, ac tuta omnia timens, dum in ſylvis vagus oberrat, pro fera â Nepote cæditur.* Huic illiganda ſint quædam ex Primitivis literæ, *A,* quam jam edidiciſſe ponimus pueros. En ùt per voces omnes tra-

hi

hi poſſit, v, g. *Æſtus*, *ager*, *animus*, *annus &c.* *amo*, *ambulo*, *&c.*

*Æſtu* invidiæ actus Cainus.

In *Agrum* educit Abelem fraudis ignarum.

*Animô* turbidô, ſuique impotente.

*Annîs* jam pluribûs tetrum facinus meditatus.

*Arbitrô* Adamô diſſidentes fratres ſedari poterant.

Suum *Arietum*, oviúmque ſacrificium Deo minùs gratum exiſtimans.

Tremens *artubûs* omnibûs.

*Aſtu* parricidali conſilium impium celans.

*Author* cædis etſi latere non poſſet.

Non *Acie* ferri, ſed ligone percuſſum putant.

*Ædes*, ſi quæ fuerunt, paternas devitat miſer.

Vel *Alas* fortiùs quatiens *Avis* terrori erat.

Sinè *Ancilla*, ſinè ſervo ſolus oberrat.

*Ars* Deum placandi pœnitentia vera fuiſſet,

Pro *Aula* erranti ferarum ſpelæa erant.

Nulla tum ex *Ære* vel ferro *Arma*, quæ timeret.

In omne *Ævum* infelix futurus.

Nec *aſtra* ſuſpicere *audens*, ſibi inimica.

Non *auri* vel *argenti* cupiditate, ſed ſolâ invidiâ *æger*, in tale ſcelus prolabitur.

*Æquiſſima* fuit hæc ſceleris pœna.

Præ timore *albus*, *ampliſſimas* ſylvas pervagatur.

Abel Paſtoritiæ *aptior*, agricolationi Cain.

*Aſper* naturâ, & forſan *atrâ* bile laborans.

*Amantem* ipſius fratrem, velut *ambulatum* rus invitat callidè.

Quis enim tantum nefas *arioletur* aut ſuſpicetur.

Campum â ſe *aratum* *aquæ* locò fraterno cruore rigat.

*Arcebat* â ſe obviam factos, ùt hoſtes aſpiciens.

*Avebant* ſcire parentes, quò Abel deveniſſet?

Tale facinus *auſurum* nemo ſuſpicatus fuiſſet.

Nihil non *egêre* parentes, ut furentem placarent.

Ipſe ſe in exilium *egit*.

Eru-

Erupit tandem rabies, quam intrà ſe diu *aluerat*.

*Arguente* reum conſcientiâ, dies *angebatur* noctéſque.

En in eodem argumento Primitiva omnia literæ A., nec ùt puto, hiulcè omninò exhauſta. Hæc ſufficere quidem poſſint, verùm ut tantò clariùs pateat, quam vox quælibet cognitionem aliquam, ſensúmque propoſito themati accommodum, eliciendum ſuggerat, thema idem per totam litteram *S.* cæteris copioſiorem circumducere, aut circumtrahere liceat.

*Sanguis* occiſi divinam vindictam inclamabat.

Vel *Sibilum* auræ, aut lenem *ſuſurrum* metuit.

Eva mæſtiſſima maternum in *Sinum* recipit cadaver.

*Solus* ſinè *Socio*, ſui *Sceleris* Nemeſi inſtante, *Sordibûs* obſitus, per *Sylvas* vagatur.

Nec *Somnum* capiens, nullâ *Serâ* obductâ, nullâ *Sepe* prætentâ, *Salutem* ſuam in tuto ratus.

Non erant ad *Stomachum* improbi, Abelis mores.

*Sitî* confectus ſæpiùs & fame, *Sortem* ſuam miſeram gemebat, quôvis Mendicô *Stipem* quærente miſerior, nec ad infeſta *Sydera* oculos levare audens.

Seu ligone, ſeu *Saxô* impactô, ſeu nodosô *Stipite* inopinantem ſternit.

Frugum omnium primitias Deo *Sacras* volebat Abel.

*Sævo* fra ricidæ mens *ſana* nunquam rediit, *ſeveras* pœnas repetente Deo.

Poſt *ſuavis* adeò filii jacturam *ſenex* Adamus nunquam *ſatìs ſerenô* animô fuerit; nec *ſolidum* unquam gaudium ceperit.

Ità nempè punitus eſt *Surdus* ad *ſollicitorum* parentum monita filius.

*Sauciâſſe* fratrem grave erat; trucidâſſe enorme.

Dirâ animi klanienâ velut ſectus.

*Servat* in pectore telum.

Evæ lachrymas, quis *ſiccaret?* dolorem *ſiparet?* flentem *ſolaretur?* in cujus auribus vox intereuntis filii

ſemper

ſemper *ſonabat*; nec, dum *ſpiraret*, ſibi animi tranquillitatem unquam redituram *ſperabat.*

Invidia *ſtigatus*, nec *ſtinatas* ſibi pœnas prævidens, & ſuîs veluti furiîs latus *ſtipatus* innocentem vita *ſpoliat.*

Ut ſæpè fratres amicitiam inter ſe *ſtipulantur*, ac leviter reſcindunt.

*Sederet*, aut *ſtaret*, *ſurgeret*, an jaceret, ignarus ſui quid ageret, alias præ animi æſtu *ſudans*, alias altùm *ſilens*, animi morſus, quibûs *ſcindebatur*, doloréſque, quibûs *ſcatebat*, foris prodebat.

Vix eſcam admittens, aut aquam trepidè *ſorbens*, æternô mœrore *ſqualebat.*

Claro die, *ſplendente* ſole, fratrem *ſpondentem* omnia interficit.

*Studebant* Nepotes furias eximere; pœnitentiam *ſuadebant*, quin indè quidquam *ſaperet.*

Contrà legem, quam Deus in cordibus *ſcripſit*, cæcam *ſecutus* cupiditatem, diras *ſparſi* fraterni ſanguinis pœnas Deo vindici *ſolvit.*

Deſertîs, quos *ſeverat*, agrîs, jam altiſſimos montes *ſcandendô*, alias per valles *ſerpendô* ſecuritatem quærit, nec tamen conſcientia quieſcere *ſinit.*

Quo dolore putas Eva humi *ſtratum* ante ſe exanguem & ex-*tinctum* filium con-*ſpexerit?* ſi folium *ſtreperet*, aut fera per lucum *ſaliret*, ſe interfectum iri timebat.

Ita qui ſemel ſe affectionibus ſuis *ſtringendum* dederit, miſerè excarnificatur.

Simplici Abeli facilè erat fraudem *ſtruere*, non credenti, eum, quîcum lac idem *ſuxerat*, quîcum â teneris con-*ſueverat*, eò progreſſurum.

*Præſagiebat* ei animus, quod lege naturæ *ſancitum* eſt, fore ut pellem daret pro pelle.

Quò certiùs *ſciebant* parentes, tantam jacturam *ſarciri* non poſſe, hòc graviùs *ſentiebant.*

Liceat pro cumulo addere exemplum idem, propè

per

per omnes voces Fabulæ primæ, ſi jam explanata ſit, circumductum, ac verè quidlibet ad quodlibet traductum:

Noſcebant parentes *trucem* Caini animum, poſtquam *obedientiæ fræna excuſſit*.

*Curam gerebant* maximam, ut *errantem* in viam reducerent.

Meliora *monentibus* nequaquam *parebat*.

Si circa *volans* avis *aliſ* ſtreperet, jam ſe ad necem *quæri*, jam ſe vinculîs *teneri* credebat.

*Avidas* cruoris, *celeréſ*que beſtias ſe unguibûs *prehenſuras*, ac pro *præda voraturas* ratus.

*Abdit* ſe in latebras, nemini *fidit*, ubique *vim timet* & *dolum*.

Si *hortarentur* ad reditum Nepotes, & ad ſe *vocarent*, velut *hoſtes* eſſent, ita *ſollicitâ* ſe fugâ, ſinè *morâ* iis eripere *feſtinabat*.

Hæ nempè *pœnæ* eos manent, qui nec *Deum* verentur nec homines.

*Primi itaque Semeſtris* primîs duobûs menſibûs non niſi Primitivîs, ac temporibûs difficilioribûs oneranda erunt argumenta. Deinceps cùm jam præcepta 14. & Rudimenta explanantur; Gerundia (nempè primi puerorum ſcopuli) ità crebrò erunt admiſcenda, ut nullum propè thema iîs vacet; uti & Conjunctivus poſt Interrogativum, ſcopulus alter haud paucioribûs ſolæciſmîs infamis. Quotidianâ hâc ſcriptionis exercitatione fieri non poteſt, quin pueri in Gerundiorum & Interrogativorum conſtructione verſati ſatis, firmíque evadant.

*Secundô Semeſtrî.* Thematum omnium Princeps objectum erit ſupplementum, nempè doctrina, de participiis Præteriti, deponentium, (in quem item lapidem ſæpè offenditur) ſuppreſsô *debeo*, *quòd*, *qui*, *æ*, *od*. Si thema nullum fuerit, quâ non harum difficultatum aliqua includatur, toti humaniorum litterarum curſui præclarè erit conſultum. Harum rerum enim ignoratione

 evenit,

evenit, ut, multi è ſcholis abeant, latinæ Epiſtolæ, vel emendatè, vel nitidè ſcribendæ prorſus ignari. Nec tamen omittenda erunt Primitiva, aut quæ ex authore diſcenda fuêre. Viden autem exempla:

## *Paradigma* I.

THema. *Jephte è celebri latrone, Dux, & populi Iſraëlitici Judex eligitur.*

Du werdeſt in der Hiſtori leſen / oder geleſen haben / was maſſen die ſehr rauhe Ammonitiſche Dienſtbarkeit / das Volck Iſrael lange Jahr ſehr geängſtiget habe. So wurde dann Jephte zuvor ein Rauber als ein Hertzog erwöhlet; weil ihme das Volck wegen ſeiner Kriegs-Kunſt / zu dem Ambt eines Richters / und Schiedsmann aller burgerlichen Händel gar tauglich erachtete. Er ergreifft die Waffen / vermehret die Truppen / darff den Feind auff die Spitz fordern.

Leges, vel legeris ex Hiſtoria, quomodò aſperrima ſervitus Ammonitica, populum Iſraëlis longîs annîs admodùm anxerit. Quare Jephte, priùs latro, Dux eligebatur. Quia eum populus ob ejus artem belli, ad officium Judicis & arbitri omnium civilium cauſarum perquam aptum exiſtimabat. Is itaque corripit arma, auget copias, audet hoſtem in aciem provocare.

*Nota* 1. In hoc vel tali themate ſubductarum vocum ſignificata dictanda non eſſe, nempè primitiva decem immiſta: *Annus, aſper, ango, ars, bellum, aptus, arbiter, arma, augeo, audeo, acies.*

2. Habet item ex temporibus futurum ſecundum, *legeris*. Et Interrogativum *quomodò?*

## *Idem pro Secundo Semeſtri.*

Das Volck hatte von Jephte, welcher zuvor ein Straſſen-Rauber geweſen / die Hoffnung gefaſſet / daß er der ſo viel Jahr erlittenen ſchädlichiſten Dienſtbarkeit ein End machen werde. Man konte auß ſei-

nem

nen vorigen Thaten / hohen Gemüth / erworbener Kriegs-Kunſt leicht abnehmen / wie tauglich er ſeye / ein ſo groß Werck außzuführen. So muſten dann auff ſeinen Befehl die Truppen vermehret werden / und alle Mannbahre zu denen Waffen greiffen.

Populus de Jephte, priùs latrone, ſpem ceperat, eum maximè noxiæ ſervituti, quam tot annis perpeſſi erant, finem facturum. Ex ejus priùs actis, altô animô, quámque adeptus fuerat, arte bellica facilè argui poterat, quàm aptus ſit ad tantum opus efficiendum. Itaque ejus juſſu copiæ augendæ, puberibus omnibus arma corripienda fuêre.

*Nota* in hoc argumento quàm largiter ſupplementi, & Rudimentorum regulæ, in *ſubductis* vocibus aſperſæ ſint, nempè 1. von/ *de*. 2. Qui, æ, od, omiſſum. 3. *Quòd* omiſſum. 4. Erlittenen Deponentis Particip. Paſſ. 5. *Maximè noxiæ* Superl. 6. Man. 7. Erworbene Partic. Depon. Paſſ. 8. Quàm Interrogativum cum Conjunctivo. 9. Ad *efficiendum* Gerund. 10. Debeo omiſſum.

Præter tot regulas vide Primitiva. 7. *Altus, animus, ars, bellum, aptus, augeo, arma.*

## *Paradigma* II.

THema ſit documentum è priore Hiſtoria deſumptum: *Multos ſolâ virtute ex humili in altum evehi.*

Manche werden unter einen ſo glücklichen Geſtirn gebohren / daß ſie von geringſten Herkommen / durch ihre Tugend / zu den anſehnlichiſten Ehren-Stäfflen erhebet werden. Viele wohnen jetzt in Königlichen Höffen / und gehen mit Silber und Gold gekleydet daher / welche zuvor kein Hauß gehabt haben / und ſich villeicht mit Ackern und Anſäeung deren Aecker kümmerlich wurden ernähret haben.

Multi felice adeò aſtrô naſcuntur, ut è tenuiſſimis natalibus virtute ad ampliſſimos honorum gradus extollantur.

tur. Multi modò in aulis régum habitant, auróque & argentô veſtiti incedunt. Qui nullam ædem propriam habuerunt, & qui fortè arandô, agros conſerendô ſe ægrè alituri fuiſſent.

*Nota* prima in hoc themate ê litera A. Primitiva octo: *Aſtrum*, *amplus*, *aula*, *aurum*, *argentum*, *ædes*, *aro*, *ager*, *alo*.

2. Inſunt præterea 1. Particip. veſtiti. 2. Gerundium in *do*. 3. Wurd haben.

## *Idem Secundô Semeſtrî.*

Es iſt kein tauglichers Mittl zu anſehenlichiſten Ehren-Stäffl zu gelangen / als der Feder- oder Degen-Spitz / das iſt Gelehrſamkeit oder Tapfferkeit. Man hat allda dem Geſtirne oder Glück nichts zuzuſchreiben. O wie viel ſeynd / ſo jetzt bey Königlichen Höffen in Silber und Gold prangen / welche man zuvor nicht wurde angeſchauet haben: die villeicht um ſich zu ernähren hätten ackern müſſen.

Non eſt aptius medium, ad ampliſſimos honorum gradus enitendi, quàm calami vel gladii acies, hoc eſt, doctrina, vel fortitudo. Hic quidem nihil aſtris, nihil fortunæ tribuendum eſt. O quot in regum aulis modò habitant, aurô & argentô ſuperbientes, priùs vix aſpiciendi; quibus fortè ad ſe alendos arandum fuiſſet.

*Nota* regulas hujus thematis. 1mo Medium cum Gerundio in *di*. 2. Man. 3. Omiſſum *qui*, *quæ*, *od*. 4. Gerund. in *dum*. 5. Omiſſum *debeo*.

*Præterea* radices ſuperiores *aptus*, *amplus*, *acies*, *aſtrum*, *aula*, *argentum*, *aurum*, *alo*, *aro*.

## *Paradigma* III. *ex Littera* O.

T*Hema Saul Patris aſinas amiſſas quærens à Samuele Rex ungitur.*

Es hatten die Juden ihr voriges Elend noch nicht vergeſſen / und ſchon lang gewünſcht einen König

in

zu haben / in der Meynung / daß ihnen gleichſam ein neues Liecht auffgehen werde. Samuel widerrathet es ihnen mit Vermelden / daß die Könige unerträgliche Laſt aufferlegen werden. Endlich laſt er ſich bewegen / und ſalbet den Saul zum König / welcher die verlohrne Eſl ſeines Vatters zu ſuchen / zu ihm kommen ware.

Judæi priorem calamitatem nondum obliti erant, & dudum optaverant regem habere, ex opinione, quod ipſis velut nova lux oritura ſit. Samuel diſſuadet illis, memorandô, quòd reges graviſſima onera impoſituri ſint. Tandem ſinit ſe permoveri, & Saulem Regem ungit, licèt regnandi artium ignarum, qui perditos Patris aſinos quæſitum, ad eum venerat.

*Nota* Primitiva ex littera O. v. g. *Obliviſcor, opto, opinio, orior, onus.*

*Ex præceptis* mit Vermelden Gerund. 2. Sinit ſe permoveri. 3. Ignarum cum Gerundio.

## *Idem Secundô Semeſtri.*

Die Schrifft erzehlet / die Juden wären ſchon längſt ſehr begierig geweſen / ihr Land mit der Königlichen Würde zu bezieren. Dann ſie waren der Meynung / ein König werde nichts als Reichthum ins Land bringen / und ihnen werde gleichſam ein neues Liecht auffgehen. Samuel wolte ihnen dieſe falſch eingebildete Glückſeeligkeit außreden / mit Vermelden / ein König werde ihnen ein Laſt aufferlegen / den ſie nicht wurden ertragen.

Muſte doch endlich ihnen nachgeben / und ſalbte Saulem zu einen König / welcher ungefähr die verlohrne Eſl ſeines Vatters zu ſuchen / von dem Geiſt GOttes dahin ware geleitet worden.

Scriptura refert, Judæos jam dudum avidos fuiſſe, Provinciam ſuam regio decore ornandi. Erant enim in

opinione, regem nil niſi opes invecturum, ipſisque velut novam lucem orituram.

Samuel iis, quam ſibi falsò imaginabantur felicitatem, excutere volebat, memorandô, regem onera ipſis impoſiturum non ferenda. Tandem tamen ab ipſo iis cedendum erat, & Saulem Regem ungebat, fortè ad quærendos amiſſos Patris aſinos Spiritu Divinô eò delatum.

*Nota* 1. Hoc argumentum utpote longiùs in duo dividendum. 2. Præcepta ineſſe. 1. Avidus cum Gerundio. 2. Occultum *quòd*. 3. Idem Iterum. 4. Partic. Depon. Paſſ. 5. Iterùm occultum *quòd*. 6. Omiſſum *quòd*. 7. Omiſſum *debeo*. 8. Omiſſum *qui, quæ, quod*. 9. Verbum motûs cum Supino in *um*.

*Nota* 3. Primitiva ex *O*. *Orno*, *opinio*, *opes*, *orior*, *onus*. 4. Hoc argumentum difficiliùs eſſe, quòd nimis multæ difficultates ſint cumulatæ.

*Nota* 5. In Argumentis Hiſtoricis cavendum eſſe, ne Imperfectum, quod Germanis nobis familiarius eſt, ſæpiùs iteretur, ac Perfectô, vel Plusquamperfectô mutetur. Nec hìc optimè ſonat illud Regem *ungebat* pro *unxit*.

## *Paradigma* IV.

THema morale documentum è ſuperiore themate. *Deum viliſſimîs inſtrumentîs ſæpè ad res maximas uti.* Ex eadem littera O.

Sehe / wie die Ordnung Göttlicher Vorſichtigkeit in Regierung der Erd-Kugl ſo wunderlich ſeye; von welcher offt / die ſchlechteſte Werckzeug pflegen auſſerwählt zu werden / die gröſte Sachen außzuführen. Geſetzt du habeſt alle Reichthum der Welt / du ſeyſt ein König / ſo muſt doch erkennen / daß alles von jenen herkomme / ſo auß nichts Himmel und Erden gemacht.

Vide, quàm mirus ſit Divinæ providentiæ ordo, in orbe gubernando; â qua ſcilicet ſæpè viliſſima inſtrumenta

menta ſolent eligi, ad res maximas perficiendas. Habeas itaque omnes opes mundi, ſis rex aut Princeps, agnoſcere tamen debes, quod hæc ab eo profecta ſint, qui è nihilo cœlum & terram creavit.

*Nota* 1. Primitiva: *Ordo*, *orbis*, *opes*. 2. Præcepta: 1. Infinit. Interrogat. 2. Gerundium in *do*. 3. Gerund. in *dum*. 4. Modus conceſſivus.

## *Idem Secundò Semeſtrî.*

Gewißlich hat man ſich über die Ordnung Göttlicher Vorſichtigkeit höchlich zu verwunderen / als welche zu Außführung gröſter Geſchäfften gemeiniglich die ſchlechtiſte Werckzeüg zu brauchen pflegt. Alſo hatte auch Moyses nichts als Schaff zu halten / ehe ihm GOtt ſein Volck zu führen anvertraute. Nachgehends aber muſte Pharao der König / und gantz Aegypten vor dieſen Hirten erzittern.

Sanè mirandus eſt Divinæ Providentiæ ordo, ad res maximas, viliſſima ferè inſtrumenta adhibere ſolitæ. Sic & Moyſi nonniſi oves regendæ erant, antequam ei Dominus populum ſuum ducendum committeret. Poſtmodùm verò coram hoc Paſtore Pharaoni, & toti Ægypto contremiſcendum fuit.

*Nota* Præcepta ſupplementi. 1. Man. 2. Welche omiſſum. 3. Occultum *debeo*. 4. do, trado &c. cum Gerund. in *dum*. 5. *debeo* omiſſum.

## *Perſpicuitas Argumenti.*

PErſpicuitati thematis, quæ eſt ejus virtus altera, tantò magis ſtudendum eſt in hac ſchola, quòd pueruli vix planiſſimum quemque ſenſum combinare ſciant, nedum trajectum nimis & impeditum. Obſcurior autem fit contextus in longioribus periodis, Nominativum â ſuo verbo longiùs removentibus, vel conſtructionibûs per multa inciſa nimiùm diffusîs, ùt ſi Nominativo, & caſibus aliis, vel Subſtantivum aliud, vel etiam conſtructio integra

tegra adjiciatur. v. g. Hæc conſtructio: Petrus hat mir heut ein Buch geſchenckt / nihil habet difficultatis. Contrà ſi dicas:

*Petrus* Mein beſter Freund / ſo mit mir von Kindheit erzogen /
Hat mir als ſeinen Vertrauteſten / wohl wiſſend / daß ich von meinem Vatter kein Geld habe /
Heut / da wir ungefähr auff der Gaſſen zuſammenkommen / ein Buch / welches mir höchſt nothwendig / und hart zu bekommen ware / freywillig geſchenckt.

Enimverò tot inciſis diſtenta conſtructio tyrunculos, ſingulis vocibus, quàm toti ſenſui intentiores, miſerè confundat neceſsè eſt, cibúſque videtur durior, quàm ut teneri ventriculi digerere poſſint. Idem fieret, ſi periodus eſſet prælonga: v. g. Obwohlen ich ſo unhöflich geweſen / daß ich dem ſchon lang abweſenden *Petro* niemahlen geſchriben / hat er doch nicht allein ſich dieſes nicht verdrüſſen laſſen / ſondern mich nach ſeiner Ankunfft mit einen ſehr ſchönen Buch beſchencket. Parviſtis nonniſi bimembres, ſummum trimembres dictandæ videntur.

## V. *De Academiis.*

BOnum factum foret, ſi in hac ſchola quatuor Academiæ, ſi non omnes publicæ, ſaltem Privatæ inſtituerentur, quarum duæ eſſent ex *Hiſtoria*, dimidiô nempè libelli ſingulæ: Tertia ex *Authore:* Quarta è Primitivis. Nec id grave videri debet Magiſtro, cui inde, & laudis aliquid ab æquis æſtimatoribus, nihilque novi laboris accedit; niſi ut octiduô antè, Academicos, in deſignatæ Academiæ materia aliquantò plùs exerceat.

*Primæ* Academiæ Hiſtoricæ ab Adamo ad Reges, forma ſeu methodus eadem ferè eſt ac publici examinis, nempè, ut dictâ per Principem Academiæ breviculâ præfatione, P. Præfectus, vel collegæ Magiſtri, vel exteri, noſtri-

noſtrive hoſpites hîs ac ſimilibûs quæſtionibûs Academicorum ſcientiam periclitentur v. g.

Wer iſt lebendig von der Erd verſchlungen worden?
Beſchreibe mir den Sünd-Fluß.
Welches war das erſte und letzte Jahr der Richtern?
Was hat ſich auff dem Berg Moria zugetragen?
Warumb waren Jacob und Eſau uneinig?
Warumb wurd Joſeph von Brüdern verkaufft?
Wie gienge es mit dem Thurn der Verwirrung?
Erzehle mir kürtzlich Jobs Geſchichte?
Was nahme Samſon für ein End? was ſeine Thaten?
Wer iſt von ſeinen Enckl für ein Wild erſchoſſen worden?
Wie hat Joſeph den Pharao, und ſeinen Mitgefangenen ihre Träume außgelegt?
Wie iſt Abraham ſeinem Vetter Loth zu Hülff kommen?
Wer war Othoniel? was ſeine Thaten?
Beſchreibe mir den Außgang auß Aegypten?
Warumb richtete Moyſes eine Schlangen auß Ertz auff?
Wie ergienge es den Brüdern auff beyden Reyſen in Aegypten?
Welche war die Aegyptiſche Dienſtbarkeit? Was Urſach?
Wie bekame Iſaac die Rebecca zur Braut?
Erzehle von der Debora und Barac.
Erzehle die 10. Straffen Aegyptens.
Wo wurde die Arch des Bunds gebauet / was truge ſich ſonſt merckwürdiges mit ihr zu?
Gib mir das erſte Jahr der Noemiſchen und Abrahamiſchen Patriarchen?
Wann und wo würden die zehen Gebott gegeben?
Wer ware Heli, und was ſein End?

Warumb iſt Jacob von den Laban weggeflohen?
Wo und wie ſturbe Jacob?
Wo und wie ſturbe Moyſes?
Wie wurde die Stadt Jericho eingenommen?
Was ware zuvor an dem Orth des rothen Meer?
Was heiſſet die Gräber der Begierlichkeit?
Was iſt das Waſſer des Widerſprechens?
Wer war Agar und Iſmaël?
Was Wolthaten erwiſe GOtt den Juden in der Wüſten?
Erzehle die Geſchicht Gedeonis.
Wie haben ſich die Gabaoniter errettet?
Wie iſt der Joſue durch den Jordan kommen?
Erzehle die Geſchicht Jephte.
Warumb flohe Moyſes auß Aegypten / und wie er von GOtt wider dahin geſandt? 2c. 2c.

Facilior, breviórque examinandi ratio eſſet, ſi omnium Perſonarum & locorum Nomina Propria, quæ in hac libelli parte occurrunt, Alphabeti ordine percurras, ac breve & compendioſum reſponſum petas: v. g.

Was ware *Abraham? Adam? Abel? Agar? Amram? Abimelech? Abyron? Adama? Ararath? Abarim? &c. &c.*

Quòd ſi acutiores quidam magiſque in Hiſtoria verſati, vel præ cæteris memoriâ valentes Academici fuerint, complicatîs etiam, & latiùs ſe fundentibûs quæſtionibûs rogari poterunt, ad quas promptè reſpondentes cum admiratione audivi. v. g.

Mit wie viel Dienſtbarkeiten wurden die Jſraeliten unterdruckt? ℞. - - -

Nenne mir die in euer Hiſtori berühmte Berg? ℞. Ararath. Horeb. Galaad. Abarim. Moria.

Welche Eltern haben ihren Kindern gar zu viel nachgeſehen? ℞. Heli, Samuel.

Nenne mir die berühmte Weibsbilder in euer Hiſtori? ℞. Eva, Sara, Rebecca, Rachel, Lia, Agar, Debora, Jahel &c.

Was

Was Wunder geſchahe im Waſſer? ℟. Ad mare Rubrum, ad Jordanem. In aquis Ægypti. In deſerto aqua è rupe.

Wer verſündigte ſich mit Fraß und Füllerey? ℟. Adam & Eva. Noë, Populus in deſerto.

Wer ſündigte wider das Erſte Gebott? ℟. Thare. Populus vitulum adorans.

Wider das 4te? ℟. Cham.
Wider das 5te? ℟. Lamech. Cain.
Wider das 6te? ℟. Samſon. Iſraëlitæ.
Wider das 7te? ℟. Achan. Piſtor Pharaonis.
Wider das 8te? ℟. Gabaonitæ. Fratres Joſephi &c.

Wann ware der längſte Tag? ℟. Da Joſue die Sonne ſtehen machte.

Wann und wo ware die längſte Nacht? ℟. In Aegypten / da Moyſes die Finſtere machte.

Welcher Vatter hat ſein Kind geſchlachtet? ℟. Jephte, & Abraham propoſitò. Wer ſeine Brüder umgebracht? ℟. Abimelech.

Ungleiche Liebe zu den Kindern ware ſie ſchädlich? ℟. Bey Rebecca, und Joſeph.

Wie offt ſeynd die Engel erſchienen? ℟. In Paradiſo. 2. Lotho. 3. Abrahamo. 4. In Monte Moria. 5. Eidem & Saræ. 6. Jacobo in Scalis. 7. Eidem luctanti. 7. Agari. 8. Ad Moyſis corpus. &c.

## *Academia ex Authore.*

POſtquam fabulæ Phœdri aliquot, ac fortè dimidium explicatum fuerit, habenda erit Academia, quâ ad obtinendam puerorum attentionem, & in authore legendo ac intelligendo diligentiam nihil efficacius. Quæſtiones proponentur â P. Præfecto, hoſpitibus, vel Principe ac Conſiliariis Superioris Scholæ, in hunc modum: ex octo primis fabellis.

Explicire mir von Anfang der dritten Fabl bis auff das Punctum? ℟. Fama erat, fama heiſt ein Ruff / Ges

Gerücht. Iſt ein Primitivum Nominativi casûs, weil ich mich befrage wer ware? der Ruff. Ware im Imperfecto Indic. tertiæ perſonæ. Numeri ſingular. wie deſſen Nominat. *fama.* quòd quidam jam altè tumentes montes proximè parituri ſint. *Quòd.* das iſt ein Conjunction, regiert einen conjunctivum. das Verbum iſt *parituri ſint.* Mit dieſen und der Frag wer ſuche ich den Nominat. wer wird gebähren? R. Einige Berg. Pario, is, ere, eri, partum, gebähren / iſt da im futuro wegen des Zeit-Wort werden / Modi Conjunct. wegen *quòd* in rus, ra, rum, ſonſten müſte es ſeyn / parient. *Quidam montes* von Mons, tis, Gener. Maſcul. Ein Berg. Num. Plural. weil mehrer ſeynd / Jam, altè, ſchon hoch / ſeynd Adverbia, tumentes von tumeo, es, ere, auffgeſchwellen / weil es in Lateiniſchen außgehet / in *entes* muß es ein Partic. Præſentis ſeyn. Dieſes aber gehet in Teutſchen auß in end. alſo auffgeſchwellend. Nominat. Casûs, weil es mit *montes*, übereinſtimmen muß / proximè iſt auch ein Adverbium von Propè.

Du Cai explicire mir in der 6ten Fabl. Herus meus â primo mane bis auff das Punctum. R. Herus mein Herr ꝛc.

Du Tite ſag mir / was alle Primitiva in der 7ten Fabl heiſſen? was heiſt ruga? ancilla? opus, ſtino, veſtis, ſarcio, plico, neo, ſuo, vas, lavo, tergo, verro, ſcruta, mulgeo, ovis, tondeo, ſomnus, conſulo, ſeco, tollo, dormio, nox, ſurgo, jubeo, levis, vito, ſtudeo, gravis, labor, &c.

## *Academia ex Primitivis.*

HAnc de Primitivis exercitationem tanti momenti eſſe exiſtimo, ut vel ex hac ſola, nova ſcholis noſtris commendatio acceſſura ſit, cùm aliâ re nullâ Juvenes meliùs ad authorum lectionem utiliſſimam præparari poſſint. At tot rebûs pueri ſuprà vires onerantur?

tur? quæ eſt vulgaris objectio, hujus exercitationis utilitatem agnoſcentium, nec tamen, quia novam, complecti volentium. Cui reſpondeo: totum onus, quod puerorum memoriæ imponitur, ſunt *Rudimenta*, & *Quæ maribus*, 118. *verſuum*. An opprimentur, ſi cuivis lectioni quaterna ediſcenda adjicies? Præterquam quod in Rudimentis nimis accuratum eſſe putidum eſt. Dum definitiones pauculas Conjunct. interrogat. Comparationes & præpoſitionum Regimen ſciant diſcipuli, ſatis egerint, neque in examine pro præmiis *verba* ſed *res* regulæ petetur.

Academiæ porrò ratio hæc eſt, ut poſtquam ſtatô lectionum pensô vocabula omnia edidicerint, quamlibet è ducentis conſtructionibus, quibus primitiva omnia illigavi, quáſque in fine libelli adjeci, promptè & ex tempore, rogati, latinè reddere ſciant v. g. mache mir die 156ſte Conſtruct. Lateiniſch: Hoffe / und tröſte dich ſelbſt / ſo lang du athmeſt.

Mache du mir die 19te Conſtruct. Lateiniſch: Er hat ein ſchwartzen und weiſſen Vogl gefangen / und ernähret. R. Atram & albam avem cepit, & aluit &c.

Ut autem eò ſæpiùs repetantur Primitiva, atque adeò altiùs hæreant, plurimùm conferet, ſi poſtquam litteram A. B. C. edidicerint, ſimile examen è conſtructionibus harum litterarum vel â P. Præfecto, vel eô hunc laborem detrectante, â Magiſtro ipſo, ſaltem unô quôdam è collegis invitatô inſtituatur. Atque ita deinceps per quinque reliqua folia, ſic tamen, ut ſemper è ſingulis conſtructionibus prioribus una redeat.

## VI. *De Experimentis ſub anni finem.*

Experimenta ſolita, è quibus bene meritis præmia diſtribuuntur, ſunt 1. Scriptio argumenti paulò difficilioris. 2. Examen ex Præceptis, cui addenda eſſet quæſtio una ex authore. 3. Examen ex Hiſtoria. Hæc non tam ad divexandos pueros, quam ad verum judicium

cium de eorum peritia formandum dirigantur. Multùm autem intereſt præſcire, quibus maximè ex rebus paratos accedere oporteat; id quod ê Paradigmatis diſces.

## *Paradigma Argumenti pro Præmiis.*

1. WAs groſſe Abwechslung des Glücks Joſeph habe ertragen 2. müſſen; kan man 3. leicht auß der heiligen Schrifft 4. Abnehmen. Ich will nur ein und andern Zufall / 5. welcher 6. zu mercken würdig iſt / mit wenigen Worten anführen. Es erzehlet 7. ſelbige / die 8. mißgünſtigſte 9. Brüder haben dieſen Patriarchen / da er von dem Vatter eben ſie 10. auffzuſuchen / nach Sichem mit keinem Geſpann geſchickt wurde / 11. verkauffet. Ja er iſt ſo gar denen Schergen nach einer kurtzen 12. verfloſſenen Zeit / in die Keichen zu werffen 13. übergeben worden.

Aber mit 14. Außlegung / eines von keinem Wahrſager 15. errathenen Traums / war er nicht allein in die Freyheit geſtellt / ſondern hatte auch die Stell eines Vice-Königs erlanget. Auß welchen erſcheinet / 16. daß Joſeph zu dem höchſten Gipffl der Herrlichkeit / niemahlen wurde gekommen ſeyn / wann er nicht 17. zuvor / mit 18. ſchwärerer Widerwärtigkeit wurde geplaget worden ſeyn. Es laſſet nemlich GOtt öffter ſeine Diener mit verſchiedenen Unbilden 19. drucken / 20. umb Gelegenheit zu nehmen / ſie zum höchſten 21. zu erheben.

*Quanta* fortunæ viciſſitudo Joſepho *ſubeunda fuerit*, è ſacris Bibliis facilè *colligi* poteſt. Unum duntaxat alterúmve caſum *notatu* dignum afferam, *ſum* adducturus. Referunt *illa*, Patriarcham hunc â maximè *invidis* fratribus, dum â parente *cum* nullo comite in Sichem mitteretur, eosdem *requiſitum*, venditum eſſe. Verùm exiguô *elapsô* tempore, lictoribus innocens in carceres *compingendus* traditus eſt.

*Inter-*

*Interpretandô* verò ſomnium, *quod* nullus Ariolus interpretatus eſt, non modò in libertatem aſſertus, ſed & Pro-Regis dignitatem erat conſecutus. E quibus patet, *Joſephum* nunquam ad ſummum dignitatis apicem aſcenſurum fuiſſe, niſi *magìs arduîs* calamitatibûs antè vexatus fuiſſet. Sinit nempè Deus ſuos ſervos variîs ſæpè *premi* injuriîs, *ad* captandam occaſionem, eos ad ampliſſimos honores *evehendi.*

*Nota,* eſt equidem hoc argumentum breve quoddam compendium totius Parvæ ſcholæ, & pro formula ſervire poteſt, duobus tamen ê capitibus minùs placuit: alterum quòd juſtô ſit longius, ac fortè in duo dividi potuiſſet. *Alterum,* quòd *difficilius* nimiáque difficultatum, quarum nullam propè intactam relinquit, multitudine cumulatum. Cùm indecorum, aut probroſum ſit, ſi nemo ſinè errrore faciat, & ùt ajunt, minimum honoris referant. Certè multum fuit, primum non niſi duos, quinque, tres errores inter tot laqueos admiſiſſe. Tantum poteſt anni totius ſedula exercitatio. En harum difficultatum analyſin.

1. Conjunctivus interrogat. 2. Was groſſe *quantus.* 3. Omiſſum *debeo,* numero 2.

4. Omiſſum Man. 5. Omiſſum *qui, quæ, quod.*

6. Supinum in u. 7. Rus, ra, rum, will anführen.

8. Invidus ſinè ſuperl. 9. Verbum motùs cum ſup. in um.

10. Cum nullo ſocio. 11. Infinit. occulti *quòd* omiſſi.

12. Elapsô Part. Dep. 13. Trado, do cum dus, da, dum.

14. Gerund. in *do.* 15. Partic. Paſſ Depon.

16. *Quòd* omiſſum. 17. Priùs â pridem.

18. Magìs arduus. 19. *Premi* poſt verba ſino &c.

20. Gerund. in dum. 21. Gerund. in di.

*Para-*

*Paradigma Examinis ex Præcep. pro Præmiis.*

FAc conſtructionem: Sie ſagen / die Comödi werde ſchön zu ſehen ſeyn. ℞. *Ajunt, comœdiam pulchram ſpectatu fore.* , 1. *Quòd* omiſſum. 2. Adjectivum cum Supino in u.

Gedencke deren Sachen / welche geſchehen ſeynd / und geſchehen werden. Memento rerum actarum & agendarum. *Relat.* omiſſum.

Ich zweyffle / welcher auß euch beyden ein fälſcher Gemüth habe. Dubito, uter veſtrûm animum gerat magis falſum. 1. Uter. 2. Interrogat. 3. *falſus* ſinè comparativo.

Das geſchoſſene Wildbrätt will er mir zu eſſen vorſetzen. Ferinam, quam jaculatus eſt, mihi edendam appoſiturus eſt. 1. *Ferinam* ſubintelligitur carnem. 2. Particip. Paſſ. Depon. 3. Do, trado, cum *dus, da, dum.* 4. Will ꝛc. appoſiturus.

Man muß derenUnbilden vergeſſen/welche man uns zugefügt. Obliviſcendum eſt injuriarum nobis illatarum. 1. Man. 2. Relat. *qui, quæ, quod.*

Ich muthmaſſe / du kommeſt / mir nur die Zeit zu ſtehlen. Suſpicor te venire, mihi tempus ereptum. 1. Occultum *quòd* omiſſum. 2. Verbum motûs.

*Obſervabis* in his exemplis, omitti ſubtilitates Logicas & ineptas, ac ſolidas Rudimentorum ac ſupplementi difficultates proponi. 2. Nullam ê Rudimentis Regulam de memoria peti; id quod conſtare debet pueris, ut in his ſe maximè exercere ſtudeant. Addi poteſt una ex authore quæſtio: v. g.

## *Ex Authore.*

Explica mihi ê fabula VII. eam conſtructionem. *Ut altera veſtes curaret, ſarciret, plicaret, neret, ſueret, ſcruta verreret.* vel

E fabula 6ta. *Herus meus à primo mane, ad ſerum veſperum, greges paſcendô, hortulô fodiendô, lirîs æquandîs, agrîs arandîs, ſerendô, metendô, forìs agit.* IN

# INSTRUCTIO PRIVATA,

*SEU*

# TYPUS CURSUS ANNUI

*PRO*

## SCHOLA PRINCIPIORUM,

*SEU*

## INFIMA GRAMMATICÆ.

GRadus hujus *Scholæ, ùt Regula deſcribit, eſt: Repetitum* Quæ maribus: *de Præteritis ac Supinis* Simplicium: *De Nominum Declinatione:* Nomina compoſita: Syntaxis *ſinè appendibus usque ad* Propria Pagorum. *Prælectio facillimarum Epiſtolarum Ciceronis.*

*Cæterùm primus Magiſtri ſummùsque conatus eò dirigendus eſt*, ùt in Parva Schola cæpta, perficiantur ac perpoliantur. *Tanta eſt enim in ſupplementi regulis plenè percipiendis, & in uſum traducendis difficultas, ut à pueruli Novennibus, aut decennibus, eorum perfecta cognitio vix expectari poſſit, niſi alterius item anni nec interrupta exercitatio acceſſerit, quâ plantæ tenellæ ad maturitatem confirmentur denique.*

## I. *Lectiones, ſeu memoriæ exercitatio.*

UT ne quisquam in hac item ſchola diſcipulorum memoriam juſtô graviùs divexari, queri poſſit, *Quæ maribus* (ídque alioquin memoriæ jam mandatum) *Simplicium* & *Nomina compoſita* nonniſi 360. verſibûs conſtantia diſcuntur; præter perbrevem, quæ alterô Semeſtrî præſcribitur, Syntaxin. Hæ in centum triginta quatuor dies ſcholaſticos ità dividi poſſunt, ut *Quæ maribus* ſemel, Syntaxis bis, *Simplicium* & *Nomina compoſita* ter repeti poſſint, hôc fortaſſe Typô:

*Die 1ma.* Quæ *maribus* quini verſus antè, totidem poſt prandium. Occupat dies 12.

*Die* 13. *Simplicium* terni verſus. Faciunt dies 31.

*Die* 44. *Nomina compoſita* terni verſus faciunt ſinè Appendice dies 11.

*Die* 55. *Appendix* Græcorum Nominum (Epitome. 56. Illion.) tertiæ declinat. 57. Græca fœminina (Accuſat. 58. Nomina in is) quædam. 59. Vocativus (Numerus pluralis.

## *Syntaxis.*

E Syntaxi minutiſſima penſa deſignavimus, ut ſimul cuivis lectioni quaterni verſus ê *Simplicium* adjungantur. Quare ſecundò cum Syntaxi decurruntur, & *Nomina compoſ.* usque ad Append.

| | *Ante* | *Poſt Prandium.* |
|---|---|---|
| 60. | Verbum Perſonale. | Verbum Perſonale. |
| 61. | Nomina Adjectiva. | Relativum. |
| 62. | Relativum qui. | Subſtantiva continuata. |
| 63. | Continuata. | Cujusmodi. |
| 64. | Verbum Perſonale. | Rem pertinere. |
| 65. | Interrogatio. | Quotiescunque. |
| 66. | Adjectiva. | Hujus claſſis. |
| 67. | Subſtantiva. | Adjectiva. |
| 68. | Partitiva Genitivo. | Partitivum Nomen. |

69. Par-

| | |
|---|---|
| 69. Partitiva ſunt. | Si multa ejusdem. |
| 70. Nomina quæ. | Nomina quibus. |
| 71. Gratus, inviſus. | Adjectiva quibus. |
| 72. Generalem. | Extorris, nudus. |
| 73. Tum fretus. | Opus nomen. |
| 74. Adjectiva. | Comparativa utimur. |
| 75. Vel cùm duo. | Præter ſuum. |
| 76. Item hos. | Sum Genitivum. |
| 77. Miſereor. | Obilviſcor. |
| 78. Sum modò. | Sum variè. |
| 79. Modò cum. | Dativus etiam. |
| 80. Verba, quæ. | Auxilium. |
| 81. Commodum. | Favorem. |
| 82. Dativo item. | Compoſita. |
| 83. Obſequium. | Sum Ablativum. |
| 84. Interdum. | His egeo, indigeo. |
| 85. Glorior. | Verbum Activum. |
| 86. Verba accuſandi. | Coarguo. |
| 87. Abſolvo. | Miſeret. |
| 88. Eandem. | Verba æſtimandi. |
| 89. Magni, permagni. | Genitivi. |
| 90. Verba dandi. | Moneo. |
| 91. Induo. | Verba petendi. |
| 92. Verbum Paſſivum. | Vapulo. |

## *Repetitio Syntaxis.*

93. Repetitur eôdem vel paulùm auctô pensô, ſimul ſingulîs lectionibûs verſus quaterni ê *Simplicium*, & *Nomina compoſ.*, ut ità tertiò ediſcendô abſolvantur ad anni finem.

## *Lectiones Secundariæ.*

HArum nomine veniunt Derivata & compoſita, 2dò. Hiſtoria. Secundarias voco, quod â tota quidem ſchola, ſed non eo rigore exigendæ ſint, ac Præcepta. Item quod Hiſtoria nequaquam ad verbum diſcenda, ſed ſenſus tantùm quibûscunque verbîs reddendus ſit Decu-

 rioni;

rioni; nec vocabula quidem, niſi ut ejus ſignificatum pe-tenti eidem, reſpondere ſciant.

*Derivata & compoſita.* Horum duplex eſt genus, *alterum* quæ nec ſyllabarum mutatione (niſi fortè deſinentiæ) nec ſignificatô longiùs abeunt â Primitivo, ùt ſunt 1. Derivata verbalia aut Nominalia v. g. *ſcribo* ſchreiben. E qua radice facilè & ſuapte intelliget puer, quid ſit *ſcriptio* ſchreibung Schrifft / *ſcriptor* Schreiber / *ſcriptorius* ſchreiberiſch / *ſcriptura* Schrifft / *ſcriba* Schreiber ꝛc. 2. Facilè item intelliguntur compoſita, quæ radici, ſolam ſuæ præpoſitionis ſignificationem addunt v. g. ad-ſcribo zu⸗ſchreiben / con-ſcribo zuſam⸗ſchreiben / circum-ſcribo um⸗ſchreiben / de-ſcribo ab⸗ſchreiben / ex-ſcribo auß⸗ſchreiben / in-ſcribo ein⸗zu⸗ſchreiben / inter-ſcribo zwiſchen⸗ſchreiben / præ-ſcribo vor⸗ſchreiben / re-ſcribo zuruck⸗oder wider⸗ſchreiben / ſub-ſcribo unter⸗ſchreiben / ſuper-ſcribo über⸗ſchreiben / trans-ſcribo über⸗ſchreiben. Hæc inquam facilia pueris, quibus in Parva Prolegomena Radicum diligenter & curatè prælecta ſunt. *Alterum* genus eſt vocum derivatarum vel compoſitarum, quæ 1. vel ſignificatô longiùs â ſua radice diſcedunt, ut in eodem exemplo *proſcribo*, das Land verweiſen / Vogl⸗freymachen. *Commentor* â mens, betrachten / nachſinnen / ꝛc.

Vel *Secundò*, quæ tantam habent ſyllabarum commutationem, ut ægrè ejus Radix agnoſci poſſit, v. g. *auxilium* Hülff / ab augeo. *Catena* â caveo. *Iners* ab ars. *Peregrinus* ab ager. *Exiſtimo* ab æs &c. Atque hæc derivata iterum ſuas propagines, derivata nempè habent, & compoſita; quæ tamen ùt illa prioris generis, facilioris ſunt intellectionis. Igitur illa diſcenda tantùm erunt præter radicem, quæ minore ac diſtincto charactere in libello exprimuntur.

Penſum erit ſenorum vocabulorum ante, totidem poſt prandium; hâc formâ: *Decurio* quid ſignificat *acies?* ℟. Spitz ꝛc. quid *acuo?* ℟. ſchärffen. 2. *Acidus?* ℟. ſauer.

ſauer. 3. *Acus?* ℟. Nadl. 4. *Acer?* ℟. ſcharff. 5. *Acerbus?* ℟. bitter/ ſtreng 6. *Acinaces?* ℟. Säbl ꝛc. *A meridie.* Quid *ædes?* ℟. Hauß/ Kirch. 1. *Ædifico?* ℟. bauen. 2. *Ædilis?* ℟. Baumeiſter. 3. *Ædituus?* ℟. Meßner. Quid *æger?* ℟. Kranck. 4. Quid *ægrè?* ℟. kümmerlich. Quid *æquus?* ℟. gleich/ billig. 5. *Æquo?* ℟. gleichmachen. 6. *Æquor?* ℟. ebene/ Meer. Hæc exercitatio magnopere urgenda, in ipſo etiam grammaticæ primô Semeſtrî continuanda, & utilitatis eſt tantæ, ut qui hæc plenè ſuperaverint pueri, latinitatem omnem, certè quæ ad authoris intellectionem requiritur, maximâ ex parte teneant; fructus laboris non maximi relaturi ſint ſuaviſſimos; ac in totum curſum ſcholaſticum redundaturos.

*Hiſtoria* cùm ſit reliquîs libellîs longior, penſum etiam majus depoſcit, ut abſolvi, ac fortè repeti poſſit, nempè ut quotidie integra pagina imperetur. Quamquam connivendum tardioribus, ac fortè planè diſpenſandum cum tardioris memoriæ pueris; nec unquam eâ cauſâ, pœnâ ullâ, niſi vituperiô quisquam erit afficiendus. Novitas & jucunditas rerum ſuapte volentes facit, quod experimentô conſtat.

*Nota* (quod ſuprà de *Derivatis* addendum erat) poſſe etiam octona vocabula imponi, nec id grave eſſe pueris expertus ſum. 2. Etiam leviora *primi generis*, quæ dixi, â Decurione rogari poſſe, ut tantò firmiùs hæreant.

## II. *Explanatio Authoris.*

NOmine Authoris in hac claſſe veniunt: *Cornelii* Nepotis vitæ Imperatorum 2. *Ciceronis* Epiſtolæ. 3. *Progymnaſmata* Pontani. Dimenſum explanationis primô Semeſtrî quaternos aut quinos verſus, unam nempè periodum, vel duas breviores ne excedat. Pauca explicanda ſunt (Quintilianus) ſed accuratè, & ità, ut hæreant in mentibus. Meminerit Magiſter, ingenia puerorum

eſſe veluti *vaſcula anguſti oris*, quæ largiùs ſuperfuſam liquoris copiam reſpuant, ſenſim inſtillatam recipiant. Semeſtrî alterô jam confirmatioribus illis paulò liberaliùs affundere licebit. Dividendarum in dies 134. explanationum hic typus eſſe poteſt.

## *Miltiades Nepotis.*

MIltiades. 2. Eáque eſſet. 3. Cujus generis. 4. Nam tum. 5. Id ſi feciſſet. 6. Idque ut. 7. Miltiades. 8. Multitudinem. 9. Nam cùm. 10. Neque id magis. 11. Cherſoneſum. 12. Cares. 13. Eisdem temporibus. 14. Ejus pontis. 15. Si amicis. 16. H c cùm crebri. 17, Sed etiam eos. 18. Ad hoc conſilium. 19. Quô extinctô. 20. Hujus cum. 21. Hujus ratio. 22. Eique. 23. Illi præfecti. 24. Is abeſt. 25. Domi autem. 26. Unus Miltiades. 27. Et hoſtes. 28. Itaque horum. 29. Ejus enim. 30. Namque arbores. 31. Datis. 32. Itaque in. 33. Adeóque. 34. Cujus victoriæ. 35. Ut populi. 36. In porticu. 37. Idem ille. 38. Quô Imperiô. 39. Deinde vineis. 40. Quô factum. 41. Accuſatus ergò. 42. Itaque. 43. Cauſa cognita. 44. Hic etſi. 45. Miltiades multùm. 46. Nam Cherſoneſi. 47. Omnes autem. 48. Magna auctoritas.

*Themiſtocles.*

49. Themiſtocles. 50. Pater ejus. 51. Quæ contumelia &c.

Eôdem vel majore deinceps dimensô reliquæ Cornelii vitæ partim in ſchola, partim domi pertexi poterunt, utì & Ciceronis Epiſtolæ, & Pontani ſaltem unum Progymnaſma.

## *Forma hujus Explanationis.*

Partes Explanationis ſunt Sex:

PRimò. *Paraphraſis vernacula*, quâ argumentum, ſeu ſumma explicandi textûs, aliquantò ad captum amplificatior exponitur.

Se-

*Secundò Notionalis*, quâ ſingularum vocum ſignificata ſeu notiones, ſimul ſpecies & figura, ac diverſæ (ſi ſint) ſignificationes afferuntur.

*Tertiò Grammatica*, in qua retexitur â capite Periodus, & ad regulas Rudimentorum, ſupplementi, Generum, Præteritorum, Declinationum, Syntaxis expenduntur.

*Quartò Latinitas.* Exponitur, ſi quis occurrat, Idiotiſmus latinus, ſeu Phraſis, & plurimîs exemplîs illuſtratur; ac dictatur denique.

*Quintò Eruditio*, ſi quæ præſertim in Nominibus Propriis Perſonarum, locorum, vel ritus &c. occurrant.

*Sextò Collocatio Germanica*; quâ exponitur, quæ conſtructio abſoluta, quæ conjunctiva vel ſubjunctiva ſit, atque ùt ſecundùm tres regulas locandæ ſint partes ſingulæ.

Nihil tamen obſtat, quin interdum, notionalis cum Grammatica, aut hæc cum latina conjungantur, & ſimul expediantur.

Pro *Paradigmatis ſit* primum caput Miltiadis, quod equidem à periodo incipit prælonga, & admodùm impeditâ, vix ut â pueris ejus ſenſus ſatis comprehendi poſſit. Monendi tamen, ne terreantur; cætera enim Nepotis perſpicuîs ferè ac brevibûs periodîs conſtare. Etſi autem explanatio quinque verſus vix excedere debeat, totam tamen periodum, quam partiri poterit Magiſter, hoc Paradigmate pertexere viſum eſt.

## *Paradigma* I. *Caput Miltiadis* I.

Miltiades Cimonis Filius, Athenienſis, cùm & antiquiquitate generis, & gloriâ &c.

1. *Paraphraſis vernacula.* Miltiades ein Sohn des berühmten General Cimonis, ware zu Athen von ſeinem uralt- und adelichiſten Geſchlecht herſtammend, beynebens ſo manierlich, ſittſam, und eingezogen, daß niemand ihme in ſolch ſchlipffriger Jugend etwas un-

gebührlich-leichfertig-oder der Ehrbarkeit zuwider-lauffendes außſetzen könte. Er war nun in ſolchen Alter / daß ſeine Athenienſer viel Vertrauen und Hoffnung auff dieſen ſo tugendſammen und adelichen Jüngling ſetzten / und Muthmaſſeten / er werde ein ſo tauglich Subjectum und trefflicher Mann werden / als er es folgender Zeit in der That erwiſen / nachdem ihne ſeine herliche Thaten beſſer, bekannt gemacht. Als er nun in ſolchen Concept ſtunde / begabe es ſich / daß ein Rathſchluß abgefaſſet wurde / neue Inwohner in die gar ſchütter bewohnte halb-Inſl Cherſoneſum zu ſchicken.

2. *Explanatio ſignificatorum.* Miltiades Cimonis filius, Athenienſis. Ein Sohn Cimonis des Athenienſer / oder von Athen gebürtig.

*Cùm* iſt da eine Conjunctio da / als. obſer. muß alſo im Anfang der Conſtruction geſetzt werden.

*Et* - - heiſt da nicht und. dann wann derley 2. *Et* auff einander folgen / heiſt das erſte: ſowohl / das andere als. v. g. Et pietate & litterîs præſtans. Sowohl fromb als gelehrt.

*Antiquitate* as, atis Gen. fœm. von antiquus, a, um, alt; dieſes von ævum, i, gleichſam anteævus. Man kan aber nicht ſagen antiquus homo anſtath ſenex.

*Generis* us, eris, Gen. Neut. Geſchlecht. von Gigno, is, ere, ui, itum. davon generoſus, a, um, von guten Geſchlecht / tapffer / adelich.

*Et gloriâ.* Ruehm / Anſehen. davon glorioſus, a, um, rühmlich / herlich / hochgetragen. Glorior, aris, ſich rühmen.

*Majorum*, es, um, die Vorfahrer / Ahnen / Groß-Eltern. wird allein im Plur. geſagt.

*Et ſuâ modeſtiâ*, a, æ, Sittſambkeit / manierliche Eingezogenheit. von Modeſtus, a, um, züchtig / von modus, i, ein Weiß und Arth. Eſt modus in rebus,

davon

davon moderor, aris, mäſſig / Maß und Weiß halten / vir moderatus.

*Unus omnium*, einer auß allen. am meiſten. mehr als alle andere.

*Maximè* adverbium am meiſten von magnus, a, um.

*Floreret* von floreo, es, ui, blühen. da heiſt es aber in Anſehen seyn.

*Eáque eſſet ætate* und von jenen Alter ware. da muß nach der Obſervation ein teutſche Præpoſition, die ſich in dieſem Senſu ſchickt / vorgeſetzt werden.

*Ætas*, is, fœm. ein alter. von ævum, i, q. *ævitas*.

*Ut* daß. nach der Obſerv.

*Jam non ſolùm* lauter Adverbia. nun nicht.

*De eo bene ſperare*. von ihm gut hoffen. Spero, as, davon deſpero, as, ohne Hoffnung seyn / verzweifflen / ſpes, ei Hoffnung / inſperatus unverhofft.

*Sed etiam* ſondern auch *confidere* vertrauen. von Fido, is, ere, fiſus ſum trauen. confidentia, fiducia das Vertrauen ꝛc. diffido &c.

*Cives ſui* ſeine Burger. die Athenienſer. Man ſagt nicht concives Mit-Burger / ſondern cives. kombt von Cieo, es, ivi, itum, zuſammen ruffen. civitas, civilis.

*Talem futurum*, daß er ein ſolcher werde werden.

*Qualem*, die Redditiva, talis, & qualis, wie auch tantus & quantus kan man nicht anderſt Teutſch geben als mit als / *ſicut*. tantus ſum, quantus tu, Ich bin ſo groß / als du. Talis eſt, qualis tu. Er iſt ein ſolcher als / oder wie du.

*Cognitum*. diß iſt ein Partic. Præteriti und iſt auffzulöſen wie obſer. poſtquàm cognitus eſt. Nachdem er iſt erkannt worden. cognoſco, is, ere, vi, itum, erkennen. von Noſco, is, ere, novi, otum. Notitia, Nomen, ag-dig-noſco &c.

*Judicârunt*. o, as. heiſt darfür halten / eine neygung oder Urtheil faſſen; urtheilen / von jus, ris, Recht / und

dico ſprechen; einen rechtſprechen. Judex, judicium, dijudicando &c.

*Accidit* hat ſich ereignet. von ad-cado zufallen/ gabe ſich der Fall. accidebat.

*Ut* daß/ *Athenienſes* die Athenienſer.

*Cherſoneſum* us, i, fœm. Ein halb-Inſl.

*Colonos*. Bauersleuth us, i. von colo, is, ere, lui, cultum, bauen/ terram colere. heiſt ſonſt auch ehren/ colere parentes. 3. zieren/ 4. wohnen.

*Vellent mittere* wolten ſchicken/ mitto, is, ere, ſi, ſſum: miſſio. miſſus. admitto, com-di-demitto &c.

3. *Explanatio Grammatica. Miltiades Cimonis filius.* Genit. 2. Subſt. ein Sohn Cimonis. *Athenienſis* Nomen Patrium, wie Viennenſis.

*Cùm* da/ als/ Conjunctio regens conjunctivum.

*Floreret* iſt das Verbum der Conſtruction und deſſen Nomin. *Miltiades*. zu dieſer Conſtruction gehören die caſus antiquitate, gloriâ, unus omnium. das Adverbium maximè. Muß dann alſo verſetzt werden: Cùm Miltiades unus omnium, antiquitate generis, & modeſtiâ &c. floreret.

*Floreret* In Anſehen ſtunde. Temp. Imperf. Modi conjunct. wegen der Conjunction *cùm*.

*Et antiquitate generis* in oder wegen Alterthum des Geſchlechts ablat. laudis. Obiter exponatur, quod ſemper obſervandum. Ut Syntaxis obvia præcepta in exemplis antè delibent, quàm regulas calleant.

*Et gloriâ majorum.* Et copulirt die caſus. in Ruhm ſeiner Voreltern.

*Et ſuâ* vide infrà. †

*Unus omnium* einer auß allen/ oder allein auß allen. die Partitiva regieren ein Genit. *unus, primus* civium. einer/ oder der erſte auß denen Burgern/ quidam Parviſtarum ein Parviſt. Man könte doch auch ohne Fähler ſagen ex omnibus.

*Ma-*

*Maximè floreret.* am meiſten in Anſehen ware.

*Eâque eſſet ætate* und in ſolchen Alter ware / iſt der Ablat. temporis, *eſſet*, wird wegen der Copula & verſtanden *cùm eſſet*, und alſo Conjunctivi modi.

† *Et ſuâ modeſtiâ.* Und wegen ſeiner Eingezogenheit. wiederum der Ablat. laudis. mercke der Auctor ſagt *ſuâ* wegen ſeiner eigenen Tugend / dan der Adl ꝛc. iſt was frembdes / und kommet nicht von uns her.

*Ut jam* &c. das Verbum dieſer Conſtruction iſt *poſſent*, der Nominat. *ſui cives.* die übrige *caſus de eo.*

*Adverb.* jam non ſolùm bene. die Setzung: ut jam ſui cives de eo non ſolùm benè ſperare poſſent, ſed etiam confidere poſſent.

*Sperare* hoffen. Poſſum, volo, debeo, ſoleo regieren ein Infinitivum.

*Poſſent* könten Cojunctivi modi wegen *Ut.*

*De eo* von ihm. und nicht ab eo, weil da der Ablativ. leydet / nicht würcket. Sic narratur de Petro, narratur a Petro &c.

*Confidere* vertrauen. Infinitivus, wie *ſperare* wegen der Conjunct. *ſed.*

*Talem futurum* Nach der Obſerv. muß es mit *quòd* auffgelöſt werden / und das Pronomen er vorgeſetzt werden / *quòd is talis futurus ſit.* daß er ein ſolcher werde werden.

*Qualem cognitum judicârunt.* Cognitum iſt das Part. von cognoſco, vi, itum, kan alſo nach der Obſervati. mit *Poſtquàm* auffgelöſt werden. Dieſe neue Conſtruct. kan auch nach der Obſer. der andern nachgeſetzt / beyden aber muß der Nominat. Pronominis vorgeſetzt werden: Qualem *illi* judicârunt, poſtquam *is* cognitus fuit. vor den ſie ihn gehalten / nachdem er beſſer iſt gekent worden.

*Accidit*, hat es ſich zugetragen / Imperſonale, bey welchen doch das es anſtatt des Nominat. iſt v. g. liquet es iſt klar. Licet es iſt erlaubt. *Ut*

*Ut Athenienſes Cherſoneſum colonos vellent mittere*, dieſe Conſtruct. iſt leicht zu verſtehen. *Athenienſes vellent* iſt das Verbum und Nominat, Colonos iſt der Caſus verbi in Cherſoneſum, Præpoſ. wohin?

*Ut* das. Nachdem Syntax folget allzeit auff die verba eventûs, accidit, evenit, contingit, es hat ſich ereignet/ zugetragen ꝛc. *ut* und nicht *quòd*.

*Cherſoneſum*. Cornelius laſſet bey denen Nominib. Regionum & Inſularum offt die Præpoſ. auß/ wider die gemeine Regl/ wird alſo darunter verſtanden *in* Cherſoneſum wohin? cum accuſ.

*Vellent* wolten/ Conjunct. wegen *Ut*.

*Mittere* ſchicken. wegen volo, ſo ein Infinitivum regiert/ wie ſchon geſagt.

4. *Latinitas*. Florere gratiâ, gloriâ, doctrinâ &c. wegen der Gelehrſamkeit ꝛc. In Ehr und Anſehen ſtehen; angeſehen ſeyn oder werden.

5. *Eruditio*. Quæ civitas Athenæ? Quæ Cherſoneſus? *Quid coloni & coloniæ?*

2
6. *Collocatio*. Miltiades Cimonis filius, Athenienſis,
1 3 2 4
cùm & antiquitate generis, & unus omnium maximè
5
floreret. Iſt ein Conſtruct. *conjunctiva*, mit einem verbo *ſimplice*, darumb ſie nach der Tabell alſo muß geſetzt werden / wie die oben geſetzte Zahlen außweiſen:

1. Da 2. Miltiades, ein Sohn Cimonis des Athenienſer allein auß allen 3. ſowohl wegen Alterthum des Geſchlechts/ und Eingezogenheit/ 4. am meiſten 5. in Anſehen ſtunde.

1 2 3 4 3
Et *cùm is eâ eſſet ætate. Conjunctiva* wie die vorige/ wegen der Copula *&*. und in ſolchen Alter ware.

1 4 3 4 5 5 2
Ut jam non ſolùm de eo benè ſperare poſſent cives ſui. *Conjunctiva. Verbum finitum.*

Daß

Daß ſeine Burger von ihme nicht allein ſchon gut hoffen kônten.

*Sed etiam conſidere*, ſondern auch vertrauen.

1 2 3
*Quod talis futurus ſit. Conjunctiva. Verbum.* daß er ein ſolcher Mann werden werde.

2 1
*Qualem illi judicârunt. Conjunctiva. Verbum.* wie ſie ihn davor gehalten.

1 2 3
*Poſtquam ille cognitus fuit. Conjunct.* Nachdem er erkannt worden.

*Accidit*, geſchahe es.

1 2 4 3 5 5
*Ut Athenienſes Cherſoneſum colonos vellent mittere. Conjunct.* Daß die Athenienſer neue Innwohner nach Cherſoneſum verſchicken wolten.

## *Paradigma* II.

3 1 2 4
*(Conjunct.)* Cujus generis cùm magnus Numerus eſ-
1 3 4
ſet, *(Conjunct.)* & multi ejus demigrationis peterent ſo-
2 1 2 3 4 4 1
cietatem, *(Subjunct.)* Ex his delecti Delphos miſſi ſunt,
1 3 2 1
*(Conjunct.)* qui conſulerent Apollinem, *(Conjunct.)* quô
2 3
potiſſimùm duce uterentur.

1. *Paraphraſis vernacula.* Wie es zu Athen außkommen / daß ein Menge Leuth nach Cherſoneſum werde angenommen / und ihnen alldort Felder zum Ackerbau außgezeichnet werden / gaben ſich gar viel arme Burger an / welche mit-wolten / umb allda ſich mit Weib und Kind häußlich niderzulaſſen. (Wie in vorigen Jahren der Schwaben-Zug in Ungarn) nun ware dieſer zuſammen-rottirten Menge erſte Sorg / einen ge-

ſchickte-

ſchickt⸗und tauglichen Anführer zu einen ſo weit⸗ und gefährlichen Zug zu erwöhlen Zu dem End wurden einige auß ihnen erkieſen / nach Delphos zu reyſen / umb ſich bey den berühmten Oracl Apolinis zu erkundigen / wenn ſie vor andern zu ihren Generalen und Oberhaupt nehmen ſolten. Wie dann dazumahl nichts groſſes vorgenommen wurde / ohne ſich zuvor bey dieſem Apollo umb Rath zu befragen.

2. *Explicatio vocum & Significatorum. Cujus generis,* welcher Gattung / von Genus, ris, N. ein Geſchlecht; von Gignò, is, genui, genitum gebähren. *Cujus* muß anſtath deſſen geſetzt werden hujus, dieſer Gattung nach Obſer. ſo ſagt man auch? & hujus generis plura, und dergleichen mehr.

*Cùm*, als. dieſe Conjunction muß zu Anfang der Conſtruction geſetzt werden nach Obſer.

*Magnus eſſet numerus* eine groſſe Anzahl ware: Numerus, i, Maſc. ein Zahl. Numeroſus, numero, as und deſſen compoſita.

*Et multi* und viele. *ſubintellig. & cùm multi. Ejus demigrationis* io, onis Gen. Fœmin. Abwanderung von migro, as wandern. demigro abziehen / emigro außziehen ꝛc.

*Societatem* etas, is fœm. Geſellſchafft von Socius, ii Geſell / davon ſocialis, aſſocio &c.

*Peterent* begehreten / von peto, is, ere, ivi, itum, davon petitor, petitio, appeto. &c. der Senſus iſt: als viele mitzureyſen anhielten / alſo kan man ſagen / v. g. er begehrt mitzuſpielen / mitzureyſen / mitzuſtudiren / mitzuſpatziren / Ille petit ſocietatem ludi, profectionis, ſtudiorum, ambulationis.

*Ex his delecti* auß dieſem außerwöhlt. von deligo, is, ere, egi, ectum erwöhlen / von lego, is. 1. ableſen. 2. ſammlen. 3. erwöhlen. davon delectus militum Sammlung oder Außklaub der Soldaten / Werbung.

Heut

Heut ſagt man *Deputati* Verordnete / welche beſſer Latein *delecti* ſolten heiſſen

*Delphos* i, orum, Maſc. eine Stadt in Phocide und berühmter Tempel Apollinis. nach Delphos.

*Miſſi ſunt* ſeynd geſchickt worden. mitto, is, ere, miſi, miſſum ſchicken. 2. werffen. 3. laſſen. davon ad-a-committo &c.

*Qui conſulerent* welche rathfragen ſolten / von conſulo, is, ere, lui, ltum Rath begehren / fragen. 2. Einem rathen. 3. Einem Vorſehung thuen / davon conſul, conſilium, conſultor, conſulto, as &c.

*Apollinem* o, inis, Maſc. den Apollo.

*Quô duce* welchen Führer. Dux, cis Maſc. Führer von duco, is, ere, xi, ctum führen. Alſo ſagt man Heerführer / Anführer / Hertzog. Soviel als ein commandirender General.

*Potiſſimùm* fürnehmlich. von Potis, is oder Pote, is. Neutr. mächtig / der kan. Potiùs mehrer. Potiſſimus, a, um der fürnemſte / meiſte. potiſſimùm fürnemlich / vor andern / am meiſten.

*Uterentur*. nach dem Buchſtaben: brauchen ſolten. Dieſes aber iſt ein Phraſis, und heiſt allda: haben oder nehmen ſolten. So ſagt man von denen Sachen / ſo zum Gebrauch ſeyn: utor bonâ domô. bonô equô. bonâ mensâ. Ich hab ein gut Hauß / gut Pferd / gute Taffl. Utor bono Patre, larga Matre. Habe ein guten Vatter / freygebige Mutter ꝛc.

3. *Grammatica*. hat da nichts beſonders. *eſſet* Conjunct. modi wegen cùm. *Multi* Gen. Maſc. weilen darunter verſtanden coloni. *Societatem*. Accuſ. Activi. *Demigrationis* 2. Subſt. ad diverſam rem pertinentia. *Peterent*. Conjunct. Modi, wegen & copulam und cùm. *Delecti* könte auch nach Obſer. 7. mit *qui*, *æ*, *quod* auffgeleſt werden: welche erkieſen worden ſeynd. *Delphos* Accuſ. wohin? *conſulerent*, wann conſulo heiſſet Rath geben / ra-

rathen / oder vorſehen / Vorſehung thuen / regiert es einen Dativum. Conſulo tibi ich rathe dir / conſulite Patriæ. Sehet dem Vatterland vor. *Quô duce*, utor regieret einen Ablat.

4. *Eruditio.* Quære in lexico Hiſtorico. *Delphi. oraculum. Apollo.*

5. *Collocatio Germanica.* Da ein groſſe Anzahl dieſer Gattung Leüth ware / und viele Geſellſchafft dieſes Abzugs zu leiſten begehrten / ſeynd auß ihnen einige Erwöhlte nach Delphos geſchickt worden / welche den Apollinem zu Rath fragen ſolten / was ſie für einen Anführer vor andern erkiſen ſolten.

*Examen, Repetitio, concertatio.* Examinis, Repetitionis, vel mutuæ inter pueros Interrogationis, quam concertationem dicimus, materia ſunt 1. Significata vocum, earúmque vel Primitiva, Derivativa, vel compoſita. 2. *Grammatica* ſeu Regulæ Supplementi, Quæ maribus &c. 3. Phraſes. 4. Eruditio. 5. Obſervationes Germanicæ collocationis. v. g. Quid ſignificat multa hujus generis? Quid *potiſſimùm*, & unde? Deputirte / quomodò meliùs latinè? Gibe gut Lateiniſch: In einer Sach mitmachen wollen? ℟. Rei alicujus ſocietatem petere. Gib Teutſch: *Utor bonô palliô?* ℟. Ich hab einen guten Mantl. *Conſulo* quid quô ſenſu regit? Ex his delecti Delphos qualis conſtructio? ℟. Subjunctiva. *Quid Delphi, quid oraculum?*

1. Quid ſignificat duplex *& -- &?* Quid *non ſolùm, ſed etiam?* Q. *Modeſtia? & unde?* Q. *Antiquitas?* & unde? Q. *Majores?* Q. *Genus* & unde? Q. *Confido?* & unde? Q. *Colonus?* & unde? Q. *Spero?* Quæ derivata?

2. *Ætate* qualis ablativus? *Cognitum* quomodò reſolvitur? Accidit, ut, quare?

3. *Floret* gratiâ, gloriâ, doctrinâ, quomodò Germanicè hæc Phraſis?

4. Quid

4. Quid *Cherſoneſus?* Q. *Athenæ?* cur *talem futurum* in Infinit.

## *Paradigma* III.

1 4 2 3 5
TExtus. Nam tum Thraces eas regiones tenebant,
1 3 2 3
cum quibus erat armîs dimicandum. His conſulentibus,
1 2 3 3
Nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi Imperatorem
4 2 1 3 1. 2 3
ſumerent. Id ſi feciſſent, incepta proſpera
4
futura.

1. *Paraphraſis vernacula.* Und brauchten dieſe Leuth gewißlich ein gut Oberhaubt; maſſen dazumahl die Thracier ein barbariſch und ſehr kriegeriſch Volck die ihnen angewiſene Halb-Inſl Cherſoneſum innen hatten / welche ſich ohne blutigen Krieg von ihrer Herrſchafft nicht wurden vertreiben laſſen. Da nun ermelter maſſen der Delphiſche Apollo von den Abgeſandten befragt worden / gabe er durch den Mund ſeiner wahrſageriſchen Götzen-Pfäffin Pythias zur Antwort: ſie ſolten benanntlich den Miltiadem zu ihren General erwöhlen; unter deſſen Anführung ihnen alles trefflich wurde von ſtatten gehen.

2. *Explanatio vocum. Thraces-tenebant* iſt der Nominat. und Verbum. *eas regiones* Caſus verbi.

*Nam* dann. *Tùm* dazumahl. ſo viel als: *illô tempore* zu jener Zeit.

*Thraces*, Thrax, cis. Die Thracier ein wild Volck.

*Eas regiones*, o, nis fœm. Jene Landſchafften. von rego, regionatim von Land zu Land.

*Tenebant* hielten. Teneo, es, ere, ui, tentum halten / 2. Inhaben / beſitzen / und dieſe ſignification hat allda *teneo*, beſaſſen / hatten innen.

*Cum quibus* mit welchen Ablat. Societatis mit cum.

*Armis* mit Waffen Ablat. Inſtrumenti obſ. 22.

*Erat dimicandum* dimico, as, avi kämpffen/ ſtreitten: nach der 15. obſer. wird da das debeo außgelaſſen: man muſte ſtreiten. kommt von Mico, as. Dimicatio ein Streit/ Gefecht.

*His conſulentibus.* Dieſen um Rath fragenden/ weil conſulentibus keinen caſum bey ſich hat/ iſt nicht vonnöthen das Partic. aufſzulöſen obſer. 10.

*Nominatim* benanntlich/ nahmentlich/bey Nahmen/ von Nomen, nomino, denomino &c.

*Pythia.* Die Prieſterin Apollinis nud Wahrſagerin. Nomen proprium.

*Præcepit* hat befohlen. Præcipio, is, ere, cepi, ceptum befehlen. von præ-capio, præceptum, præceptor.

*Ut Miltiadem* daß ſie den Miltiadem.

*Sibi* ihnen dat. commodi.

*Imperatorem.* zu einen Feld-Obriſten. Impero, as gebieten/ befehlen. Imperator heiſt eigentlich ein commandirender General im Feld/ und wurde dieſer Ehren-Titl bey denen Römern ihren Feld-Obriſten etwan nach einen herlichen Sieg von denen Soldaten gegeben.

*Sumerent* Nehmeten/ oder nehmen ſolten. Sumo, pſi, ptum, ſumptus, ſumptuoſus, aſſumo, deſumo &c.

*Id ſi feciſſent.* *Si* muß voran geſetzt werden obſer. 27. wann ſie dieſes wurden gethan haben.

*Incepta proſpera futura.* das heimliche *quòd* außgelaſſen obſ. 17. *(dicens quòd)* Incepta proſpera erunt vel futura ſint.

*Incepta* von incipio, cepi, ceptum anfangen. Die angefangene Sachen obſ. 26.

*Proſpera* proſper, a, um glücklich. davon proſperè, proſperitas.

*Futura* daß die angefangene Sachen glücklich ſeyn/ oder ablauffen werden.

*Eruditio.* Q. Pythias? unde hoc nomen. Modus

petendi

petendi & reddendi oracula. Quales Thraces & Thracia.

*Collocatio Germanica*, dann die Thracier hatten jene Landſchafften dazumahl innen / mit denen mit Waffen muſte geſtritten werden. Die Pythia hat denen befragenden nahmentlich befohlen / daß ſie ihnen den Miltiadem zum Oberhaubt nehmen ſollen. Wann ſie diß wurden gethan haben / werde ihnen alles glücklich ablauffen

*Examen, repetit. concert.* Quid ſignificat *tum?* Q. *Nominatim?* Q. *Imperator?* Q. *Pythia?* *Proſpera futura* cur Infinitivus? *erat dimicandum* quomodo reſolvitur? Q. *regionem tenere?*

## *Paradigma* IV.

EXplanatio Epiſtolæ Ciceronis ad T. Farſanium Siciliæ Prætorem pag. 403.

*Argumentum.* Nachdem ſich C. Cæſar Herren von der Römiſchen Republic gemacht / wurden alle / ſo ſeines Feinds Pompeji Gegen-Parthey gehalten / ins Elend verjagt. Unter dieſen ware auch Cæcinna ein Adelich-reich-und gelehrter Mann / einer auß denen vertrauteſten Freunden Ciceronis, über den aber Cæſar beſonders böß ware / weil er wider ihne einige Schmah-Schrifften herauß gegeben. Cicero brachte ihm doch ſo viel Gnad auß / daß er zwar noch nicht auff Rom kommen / ſondern ſich in Sicilien auffhalten dörffte. Farſanius Lands-Haubtmann in Sicilien / hielte zwar vor ſich ſelbſten auff Cæcinnam ſehr viel; doch bittet auch Cicero, er wolle in Anſehen ſeiner Recommendation etwas übrigs thuen / und dem Exulanten ſicheren Auffenthalt verſchaffen.

*Periodus* 1. *Cum A. Cæcinna tanta mihi familiaritas, conſuetudóque ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſſit.*

*Verſio.* Ich hab mit A. Cæcinna jederzeit ein ſo groſſe Vertráulichkeit / und Bekandſchafft gehabt / daß kein gróſſere ſeyn mag.

 Fa-

*Familiaritas fuit*. Nominat. & verbum.

*Mihi ſemper fuit*. Da wird das Verbum ſum anſtath *habeo* mit einen Dat. gebraucht; muß auch alſo verteutſcht werden. Ego ſemper habui ich hab allzeit gehabt. Alſo ſagt man eſt mihi calamus, liber, charta. Ich hab ein Feder / Buch / Papier.

*Tanta familiaritas*. Ein ſo groſſe Vertråulichkeit. von familia, æ. Hauß-Geſind / Hauß-Leuth. Familiaris, gleichſam einer von Hauß / ein vertrauter Freund.

*Conſuetudóque*. Heiſt erſten ein Gewohnheit / von ſueſco, aſſueſco, conſueſco, evi, etum gewohnen.

2. Bey Cicerone aber gar offt / eine freundliche Converſation, Anſprach / Unterhaltung / tåglich und offtmahligen Eingang / am beſten aber / Gemeinſchafft. Alſo wann ſich zwey alſo zuſamgewohnen / daß gar gern einer umb den andern iſt.

*Ut* daß folget auff *tantus* &c. welches vorangegangen / und nicht *quòd*.

*Nulla major*, kein gröſſere. *ſubintell.* Vertråulichkeit und Gemeinſchafft.

*Eſſe poſſit*. ſeyn kan. Dieſes wåre ein ſchöner Modus den Superlativum in Argumento zu variren / v. g. Gigantes ſummâ ſtultitiâ Jovem oppugnârunt. Sage: Gigantes Jovem *tantâ ſtultitiâ, ut nullâ major eſſe poſſit*, oppugnârunt.

*Periodus* 2. *Nam & Patre ejus, homine clarô, & forti virô plurimùm uſi ſumus, & hunc â puero ſic ſemper dilexi, ut non ullô cum homine conjunctiùs viverem. Quòd & &c.* folgende eingelegte zwiſchen Conſtructiones werden beſſer nachgeſetzt.

Dann ich ſowohl mit ſeinen Vatter / einen angeſehenen und tapfferen Mann gar viel umgangen bin / als auch ihne Cæcinnam von Kindheit auff immer alſo geliebt hab / daß ich mit niemand vereinigter lebte.

*Nos uſi ſumus* Nom. & Verb.

*Patre uſi ſumus.* Diß iſt ein Phraſis latina, uti aliquò multùm vel familiariter, heiſt mit einen gut Freund/ viel Gemeinſchafft und Umgang haben. Iſt alſo zu verteutſchen. Ich (nos wird anſtath *ego* geſetzt) hab mit ſeinen Vatter viel Gemeinſchafft gepflogen

*Homine claro.* Einen anſehnlichen Mann / dann clarus, a, um heiſt da nicht klar. Alſo claritudo Nominis. Inclareſco, claritas &c.

*Et virò forti.* Und einen tapfferen Mann. *Fortis* Heiſt nicht ſtarck in Glidern oder Leibs-Kräfften/ ſondern ſtarckmüthig/ tapffer/ männlich. Darvon fortitudo.

*Et hunc - - dilexi* Nominat. & Verbum. Ich hab dieſen geliebt. von lego. diligo, dilectio. exponatur, quod ſit diſcrimen inter *amare* & *diligere â puero* von Kindheit auff. Ab infante, ab incunabulis, â tenero, â parvo, parvulo. Heiſt eben dieß/ wie im Teutſchen. Ich kenne ihn von der Wiegen / von zarten Jahren her.

*Sic, ut.* Alſo / daß. und nicht *quòd.*

*Non ullô cum homine.* Ich mit keinen Menſchen / Non unus, non ullus nicht einer / iſt ſoviel als keiner. *cum* præpoſ. Societatis.

*Conjunctiùs* Adverb. von conjunctè cum aliquo vivere, mit einem einig leben. von jungo, conjungo, xi, ctum zuſammenfügen / verbinden.

Zwiſchen-*Conſtructiones. quòd & ſpem mihi magnam afferebat ſummæ probitatis, ſummæque eloquentiæ, & vivebat mecum conjunctiſſimè, non ſolùm officiis amicitiæ, ſed etiam ſtudiis communibûs.*

*Quòd ille ſpem afferebat* Nom. & Verb.

*Quòd* locò *quia* weilen er obſer. 20.

*Spem afferebat.* Eine Hoffnung brachte. *Quia* cum Indic. Weilen er gute Anzeigen gabe/ gute Hoffnung machte.

*Summæ probitatis.* Einer höchſten Auffrichtigkeit /

Probus, a, um fromm / ehrlich / auffrecht. Probitas, is, fœm. Ehrſambkeit / Sittſambkeit. davon probo, as gutheiſſen. approbo, improbo &c. Ein anders iſt: *Pietas* erga Deum, parentes, &c.

*Summæque eloquentiæ.* Und der gröſten Wohlredenheit von loquor reden / eloquor wohlreden. Dann Cæcinna verlegte ſich völlig auff dieſe zu Rom ſo angeſehene Kunſt.

*Et (ille) vivebat;* Nominat. & Verbum dieſer Conſt.

*Et vivebat mecum*, und er lebte mit mir.

*Conjunctiſſimè* am vereinigiſten wie oben.

*Non ſolùm officiis* nicht allein mit Höfflichkeiten (obſ. 22.) officium von ob-facio dargegen thuen. Heiſt auch 2. Die Pflicht / Schuldigkeit / Gebühr. 3. Ein Ambt / wird in beyden Significationibus bey Cicerone gar ſtarck gebraucht / wie er dann ein gantz Buch de officiis oder jedes Stands ſchuldigkeiten beſchrieben. Davon officioſus höfflich / dienſtwillig.

*Amicitiæ* der Freundſchafft. von Amo, amicus, er erwieſe mir alles Gutes und Höffliches / wie es einen wahren Freund anſtändig.

*Sed etiam ſtudiis communibus.* ſondern auch wegen gemeinſamen ſtudiren obſer. 22. Ich befliſſe mich der Wohlredenheit / und er.

*Studiis* von Studeo, es, ui ſich befleiſſen. Studioſus befliſſen / ſtudioſitas.

*Communibus* von con und munis. davon communio, communico. &c. munia, municeps, immunis &c.

*Periodus 4. Nihil attinet me plura ſcribere. Quàm mihi neceſsè ſit ejus ſalutem & fortunas, quibûscunque rebûs poſſim, tueri, vides.*

Es iſt unnöthig / daß ich mehrers ſchreibe. Du ſieheſt ſelbſt / wie nothwendig mir ſeye / ſein Wohl und Habſchafften / mit was immer Mittl ich vermag / Hand zu haben.

Nibil

*Nihil attinet* es iſt unnöthig/ vor denen Verbis imperſonalibus wird im Teutſchen anſtath des Nomin. allzeit die Particula indefinita es vorgeſetzt. Attineo, es, ui, tentum anhalten. von teneo. Alſo ſagt man / hoc ad me, ad te nihil attinet. dieſes gehet mich/ dich nichts an.

*Plura ſcribere* mehrers zu ſchreiben / oder daß ich mehrers ſchreibe.

*Tu - - vides* Nomin. & Verb. conſt u.

*Tu vides* du ſeheſt / du erkenneſt ſelbſten wohl.

*Quàm* Wie. und iſt ein Interrog. cum coniunct.

*Neceſsè ſit* mir vonnöthen ſeye. davon Neceſſitas, tis Noth/ Neceſſarius nothwendig. Ein anders iſt neceſſitudo Verwandſchafft / neceſſarius Befreundter/ Anverwandter.

*Ejus ſalutem* us, tis Gen. fœm. Deſſen Heyl. Das iſt ſein Wohlergehen / Wohlfahrt / Sicherheit. Davon ſalvus, a, um geſund / unbeſchädigt / ſalubris heylſam. ſalvo, as. Salus heiſt auch ein Gruß / ſaluto grüſſen / weil ein Gruß nichts anders als ein Wunſch alles Wohlergehens. Wir Teutſche ſagen grüſſe dich GOtt/ das iſt/ GOtt ertheile dir alles wohl

*Et fortunas.* und Habſchafften. Fortunæ, arum in Plur. bedeutet all Hab und Gut / Vermögen/ Einkom̃en.

*Tueri* zu ſchützen / zu ſchirmen / handzuhaben. Von Tuor vel tueor ſehen / davon Tutor Vormund / tutela, tutorius.

*Quibûscunque rebûs* mit was immer Sachen obſer. 22. *cunque* heiſt im Teutſchen immer / ubicunque wo immer / undecunque wo immer her ꝛc.

*Poſſim* Ich vermöge / oder vermögen ſolle. Iſt der Modus Potentialis (obſ. 19.) wie in lectione authorum gar offt vorkommt.

*Periodus 5. Reliquum eſt, ut* (zwiſchen Conſtructiones, welche aber allda nicht können nachgeſetzt werden) cùm cognôrim pluribûs rebûs, quid tu, & de bonorum

fortuna, & de Reipublicæ calamitatibus ſentires) *Nihil à te petam, niſi ut ad eam voluntatem, quam tuâ ſponte erga Cæcinnam habiturus eſſes, tantus cumulus accedat &c.* Nun iſt nichts übrig / als das / weil ich erkenne / was du von dem Unſtern ehrlicher Leuthen / und der Republic Betrangnuſſen / für ein Sinn und Meynung führeſt / nichts von dir begehre / als daß zu jener Gutwilligkeit / die du ohne dem gegen den Cæcinnam haben und zeigen wurdeſt / ſo groſſen Zuſatz gebeſt / als hoch ich mir einbilde von dir geſchätzt zu werden. Du kanſt mir nichts gefälliger thun.

*Reliquum eſt* übrig iſt. von linquo, relinquo, laſſen / verlaſſen. *Ut*, daß.

*Cùm cognôrim* weil ich erkenne. von Novi. hat in præſenti conjunct. noverim oder nôrim.

*Pluribûs rebûs* anſtath è rebus. auß mehreren Sachen / oder Anzeigen. Ablat. Modi obſ. 22.)

*Quid tu ſentires.* was du darvor hielteſt. was dein Sinn und Meynung wäre. wie du in dieſem Fall geſinnet wäreſt. Sentio, ſenſus empfinden / verſpühren. Dieſes iſt äuſſerlich des Leibs / und innerlich des Gemüths. Sentio calorem, empfinde die Wärme. Sentio fraudem, ich vermercke den Betrug.

*Quid tu.* Was du. Interrogat. cum conjunct.

*Et de bonorum fortuna.* Sowohl von dem Unglück ehrlicher Leuthen. Fortuna heiſt ſowohl das Gute als Schlimme / Glück oder Unglück. von ſors das Geſchick. Ut Sors tulerit, wie es das Geſchick fügen wird. *Bonorum* intell. virorum die des Pompeji beſſere Parthey gehalten.

*Et* als *de Reipublicæ calamitate* von der Trübſal des gemeinen Weeſens. Als welches von Julio Cæſar der Zeit völlig über den hauffen geworffen.

Res populica *publica* calamitas propriè grando dicitur, calamos ſegetum frangens; metaphoricè quamvis adverſitatem ſignificat. *Nihil*

*Nihil â te petam.* von dir nichs begehren/ gehört hierauff; *reliquum eſt, ut nihil petam. Ut cum* cojunct.

*Niſi* heiſſet ſonſt wann nicht. Nach Nihil aber als. Nihil niſi panem edit, er eſſet nichts als Brod.

*Ut cumulus accedat.* Nominat. & Verbum.

*Ut* nach denen verbis peto, quæſo, rogo &c. folget die Conjunct. ut. rogo, ut facias.

*Ad eam voluntatem.* zu jenen Willen. as, atis fœm. von Volo, vis davon volo, nis, voluntarius &c. da aber heiſt es eine Gutwilligkeit/ Gunſt/ ſo ſagt man/ Summa voluntate me accepit, Er hat mich gutwilligſt auffgenommen.

*Quam ſpontè*, welchen (Gunſt) du für dich ſelbſt/ ungebettener.

*Erga Cæcinnam*, gegen den Cæcinnam, der Farfanio ohnedem lieb und werth ware.

*Habiturus eſſes.* Haben wurdeſt. Das einfache wurde activi wird allzeit beſſer in das rus, ra, rum verſetzet. Optimam voluntatem habet erga me.

*Tantus cumulus* Ein ſo groſſer Zuſatz. Cumulus ſonſten ein Hauffen/ cumulo, as anhäuffen. Da aber ein Zugab/ Ubermaß/ Zuſatz. wie Cumulatus modius ein gehäuffter Metzen/ cumulatè häuffig/ überflüſſig.

*Accedat* dazukommen von Accedo hinzugehen/ beſſer Teutſch: Daß deine ohnedem habende Guttwilligkeit vermög meiner Recommendation, ein groſſen Zuſatz bekomme/ als ꝛc.

*Meâ commendatione* auß/ oder wegen meiner commendation (obſ. 22.) Ablat. cauſæ. Ob du ihm ſchon ohnedem geneigt/ doch meiner Commendation wegen noch geneigter werdeſt.

*Quanti me â te fieri intelligo*, So hoch ich meines Wiſſen von dir geſchätzt werde: oder als hoch ich weiß/ daß ich von dir ꝛc.

*Quanti* ſo hoch. iſt der Genit. deren verborum æſti-

 mandi

mandi. Facio aber wird allda für æſtimor genommen.

*Fieri* daß ich geſchätzt werde. (obſ. 16.)

*Intelligo* 1. Verſtehen / wiſſen. 2. Vernehmen / benachrichtiget werden.

Nihil hôc gratius mihi facere potes. Du kanſt mir nichts angenehmers thuen als dieſes.

*Hôc* als dieſes. Poſt comparativa omiſſum als Ablat. petit, Innocentior Angelô.

*Gratius* gratus, a, um. angenehm. Gratia, gratioſus &c. 2. danckbar.

*Examen, repetitio, concertatio.* Quid & unde *familiaritas?* Q. *conſuetudo?* Q. *Neceſſitas?* & *neceſſitudo?* Q. *amare* & *diligere?* Q. â puero? Q. *nihil attinet?* Quæ ratio variandi ſuperl.? Q. *Multùm aliquô uti?* Q. conjunctè cum aliquo vivere, Q. hæc res ſpem affert? Q. *Salus?* quotuplex ſignificatio? quæ ejus derivata? Quotuplex ſignificatio *ſentio?* Q. *tueor?* quæ derivata? Q. *cumulus?* Q. *voluntas?* cur *magni facere?* Quomodò *ſum* pro *habeo?* *hôc gratius*, cur Ablat.? Quod diſcrimen inter *fortuna*, æ & *fortunæ*, arum? cur *poſſim, velim?*

Hâc ſimilíve explanandi Methodô ſi Magiſter per annum unam duásve vitas Cornelii, Epiſtolas fortaſsè ſex aut octo expoſuerit; ſimul omni induſtriâ extimulârit pueros, ut ſuô Marte domi vitam unam, epiſtolas aliquot elaborent, Academiæ ſaltem unius honorem adjunxerit; ne ille in fine anni fructus operæ ſatis operoſæ pulcherrimos collegiſſe gratulabitur.

Creſcet in dies intelligendi facilitas; Syntaxim in occurrentibus paſſim exemplis perinde ac ex regulis diſcent; excutiendo vocum origines ac derivationes ad latinitatis *proprietatem*, quin expoſitis *Phraſibus*, *participiis* &c. ad *elegantiam* ſenſim nec ſentientes leniter ducentur. Singulari curâ inculcanda identidem obſerva-

tio

tio 20. & 17. levis in ſpeciem momenti, ſed tyronibus oppidò moleſtæ.

## III. *Explanatio Præceptorum.*

PRæceptorum explanandorum nomine veniunt, imò: *Quæ maribus.* quod licèt in Parva explicatum fuerit ſemel ac iterum, repetendum eſt nihilominùs.

2. *Simplicium leges* minimùm ſecundò explicandum erit, cùm experimentô conſtet, Nominum genera, & verborum præterita, niſi frequentiſſimè repetantur, facilè apud puerulos evolare.

3. Nomina compoſita cum appendice græcâ bis item explanandum, nec ad grammaticam rejiciendum, cùm ſit materia examinis pro præmiis.

4. Alterô Semeſtrî Syntaxis usque ad *Propria pagorum* &c. ſinè appendicibus.

5. *Supplementum* præſertim alterô Semeſtrî repetere utiliſſimum fuerit.

Ut explanationum penſum in 134. Scholaſticos diès ritè diſpeſcatur, typum aliquem ſubjicio, quem Magiſter pro diſcipulorum habitudine mutare poterit.

1. *Quæ maribus* deni circiter in dies verſus.

12. *Simplicium.* Si quìnos vel ſenos verſus explicet, abſolvet prælectionibùs circirer 30. nempè ad diem 42.

43. *Nomina compoſita* cum Appendice ſi quini aut ſeni fuerint verſus, abſolvetur 15. diebûs nempè ad diem 58.

58. *Syntaxis.* Syntaxis. 59. Quotiescunque.
60. Subſtantiva. 61. Partitiva. 62. Nomina, quæ.
63. Adjectiva, quæ, 64. Extorris. 65. Opus.
66. Comparativo. 67. Sum -- 68. Miſereor.
69. Sum modò -- 70. Verba quæ auxilium.
71. Dativo item. 72. Sum ablativ. 73. His egeo.
74. Verbum activum. 75. Abſolvo. 76. Miſeret.
77. Verba æſtimandi. 78. Verba dandi. 79. Moneo ad.
80. Induo -- 81. Petendi verba. 82. Verb. Paſſiv.
83. Vapulo. *Sup-*

## *Supplementum.*

84. Activum in Paſſivum. 85. Man. 86. Debeo.
87. Occultum *debeo, quòd.* 88. Occultum *quòd.*
89. Rus, ra, rum. 90. Relativum. 91. Idem.

## *Simplicium. 2dò.*

92. Simplicium leges. Octoni verſus facient dies 23, nempè ad diem 115.

## *Compoſita 2dò.*

115. Nomina compoſita ad finem anni.

Cæterùm meminerit Magiſter, Genera Nominum, Præterita Verborum, & declinationes præcipuum eſſe hujus ſcholæ objectum, quique hic defecerint, per omnem vitam hallucinaturos ac ſaltem dubitaturos pueros.

## *Forma hujus Explanationis.*

RAtio ac Methodus præcepta ritè inculcandi in eo eſt, ut *res* potiùs quàm *verba* exponantur; in horum interpretatione ne quidquam adhæreatur, verſio vernacula è regione adjuncta eſt. Totus igitur Magiſtri labor eſt, exempla regulæ afferre quàm plurima, quæ ſi meditatò domô attulerit, tantò erunt lectiora. Hora igitur huic exercitationi deſtinata, plùs examinis habebit, ac explicationis.

2. Cavendum item exiſtimo, ne præter eas, quæ in libro ſunt exceptiones, alia è variis vetuſtis ac recentioribus Grammaticis operosè conquiſita obtrudat, aut quod ferendum non eſt, etiam dictet, cum usûs ſint rariſſimi, ac tutò ignorari poſſint â vulgo, iis ſuâpte ventura, qui litterati futuri ſint. Vetuli Pædagogi toti ſunt, miréque ſibi placent, in venditandis obſoletis ejusmodi, nullius usûs ſcrutis, hauſtáque ſemel præjudicia ac abuſus ægerrimè deponunt.

3. Rei alioquin planæ non eſt, cur Paradigmata adjiciam. Id verò monuiſſe non obfuerit, examen longè

fore

ſore utilius, ſi poſt explicatum quoddam de *Generibus*, *Declinationibus*, *Præteritis* præceptum, non de caſu ſolùm, præteritô &c. interrogentur, ſed quæſtioni, ſi conſtructio ſit, ſimul admiſceatur aliquid de temporum ratione, ſupplementô, authore, regulâ Syntaxis, ut unâ fideliâ duo parietes ornentur. Explicentur v. g. primi quinque verſus ê *Simplicium*: igitur non interrogabis ſolùm, ùt habet *Contundo*, *repello*, *detondeo*, *accurro*, *attendo* &c. in Præterito & Supino? ſed etiam ex *Quæ maribus* adjicies aliquid v. g. Redde hanc conſtructionem:

Er wurde ihn mit ſeinen Stecken wohl abgeklopfft haben. *Scipio, contundo.*

Er wird Gewalt mit entgegen geſetzten Gewalt abgetrieben haben. *Vis, depello.*

Man will ſagen / er habe ſeine Widder bis auff die innerſte Haut geſchoren / *aries, cutis, detondeo.*

Alle Schaaff auß der gantzen Heerde ſeynd zu ihme geloffen / *Grex, accurro.*

Die faule Tagwercker hat doch endlich ihr Gewiſſen gebiſſen. *Operæ, remordeo.* &c.

Explicentur porrò ſequentes quini verſus, ùt *gliſco*, *vergo* &c. occaſionem dabunt repetendi, quâ circumſcriptione utendum, ſi ejusmodi verba in præterito aut Supino dictentur.

Eadem eſt *Syntaxim* explicandi ratio, cui Germanica verſio adjecta non eſt, cùm & pueri jam aliquem linguæ uſum conſecuti ponantur, textúsque regularum planus omninò ſit, ac facilè intelligibilis. Illud probè obſervandum, ne unâ, ſummùm alterâ regulâ plus explanetur, atque in examinis crebritate plurimùm ponatur.

4. Examinandi autem plerumque mediocres, vel ultimi ſcholæ, ac ſi hæſerint, â primoribus corrigendi. Cæterùm *attentionis ſervandæ* cura erit præcipua, quæ non tam ſeveritate, quàm *conſtantiâ ſeveritatis* obtineri

poteſt

poteſt, ut nempe perſuaſum ſit ſingulis, inevitabilem omninò pænam ſe manere, ſi repentè interrogatus, quid jam jam dictum ſit? ignoret, prodátque ſe animô evagatum. Certitudo illa non declinabilis pænæ validè conſtringet levitatem puerilem.

## IV. *Scriptio.*

DE *Materia Scriptionis ſeu Argumentorum.* E libello Hiſtorico deligenda præ cæteris ea themata erunt, quæ idoneam quampiam moralem doctrinam contineant, nec alio fine latinæ linguæ ſcientiam profitemur, quam ut hoc vehiculo mores teneros ad omnem probitatem & honeſtatem formemus. Aſſyria, Perſica, quin & Græca Hiſtoria ſterilior, longè uberrima eſt Mythologia: quam in rem valdè ſerviet Ethica Symbolica P. Pexenfelder, quâ fabulas haſce elegantibûs obſervationibûs illuſtrat. Uſui item eſſe poſſunt Natalis Comitis Mythologia, Hederich Lexicon Mythologicum &c. Aliis producta per totum annum continuationis argumenta, aliis breviora placent, quibusdam, quæ ſingulîs ſcriptionibûs abſolventur.

Pro *longioribus* ex *Hiſtoria vera* ſumi poſſunt, v. g. Regum Perſarum acta. Vita Alexandri Magni ê Curtio excerpta. Bellum Peloponeſium ex Thucydide. Parallella Græcorum & Romanorum Ducum ê Plutarcho. Philoſophorum vitæ ê Laërtio &c. E *Fabuloſa* 1. Ulyſſes, ſeu Compendium Odiſſeæ. 2. Bellum Trojanum, ſeu Compendium Illiados. 3. Æneas ſeu Compendium Æneidos, quibûs thematîs nihil poteſt eſſe utilius. Item Expeditio Argonautica: Labores Herculis. Ajax furens Electra, Antigone, Iphigenia &c. Argumenta ſcilicet Tragœdiarum Sophoclis, Euripidis. Horum prælibatio fortaſsè invitamentum erit, ad ipſos olim fontes perſequendos.

Pro *brevioribus* ſerviet factum aliquod ſingulare ê *vera hiſtoria* v. g. Semiramis mariti Interfectrix. 2. Sardana-

ınapalus crematus. 3. Cyrus expoſitus. 4. Idem rex ᵋuer. 5. Harpagi cœna. 6. Victor Avi Cyrus. 7. rœſus. 8. Cyrus â Tomyri cæſus. 9. Cambyſes ſa- crilegus. 10. Præxaſpis calamitas, 11. Smerdes proditus. 12. Darius Rex. 13. Zopyrus. 14. Victoria Marathonia. 15. Xerxis exercitus. 16. Idem montes navigat. 17. Leonidas ad Thermopylas. 18. Themiſtocleum conſilium. 19. Fuga Xerxis &c.

E *Fabuloſa*. Fabulæ ſingulæ quatuor aut plurium argumentorum materiam præbent ex Pexenfeldero v.g.

| | |
|---|---|
| 1. Daphne laureata. | 2. Marſyas excoriatus. |
| 3. Mydas inauratus. | 4. Mydas auritus. |
| 5. Prometheus. | 6. Pandoræ pyxis. |
| 7. Quatuor ætates. | 8. Gigantomachia. |
| 9. Lycaon Caliſto. | 10. Deucalion Pyrrha. |
| 11. Phaeton Incendiarius. | 12. Argus cæſus. |
| 13. Python Draco. | 14. Jupiter Taurus. |
| 15. Cadmus dentes ſerit. | 16. Actæon. |
| 17. Narciſſus Hyacinthus. | 18. Athamas ,Jo. |
| 19. Perſeus. | 20. Bellerophon. |
| 21. Proſerpina rapta. | 22. Stelle puer. |
| 23. Arachne. | 24. Syrenes. |
| 25. Triptolemus. | 26. Niobe Saxum. |
| 27. Amphion Muſicus. | 28. Lycii ruſtici ranæ. |
| 29. Tereus Progne. | 30. Jaſon &c. &c. |

Hæ fabulæ vel leviter deductæ pro 130. diebus materiam abundantem ſufficiunt, cujus unum alterúmve exemplum habeto.

## *Daphne Laureata.*

1. DAphne Penei fi. per amœna Tempe fluentis filia, formæ quidem venuſtate, ſed longè magis pudicitiæ laude præſtabat. Inter procos plurimos ejus nuptias ambientes, ipſe Phœbus fuit, qui primò ejus per Nemora oberrantis conſpectu, amore exardeſcens, ſponſam â patre petit.

2. Illa

2. Illa verò animum obſirmârat penitùs, cum Diana Nemorum Dea non ſolùm ætatem in ſylvis degere, ſed & ejus exemplô virginitatem perpetuam colere. Itaque blanditias Apollinis omnes, ac inſidioſa dona generosè aſpernans rejicit.

3. Apollo tot repulſas paſſus, denique vim experiri ſtatuit, fugientem per valles montésque usque curſu inſectatur. Illa, quæ præ laſſitudine jam ultrà fugere nequiret, uti columba ab imminente accipitre jam comprehendenda, Deorum Dearúmque omnium opem implorat.

4. Preces caſtas ac lachrymas audivêre ſuperi. Mirum! in curſu medio adhæreſcunt pedes, & in radices firmantur, frondes pilorum locò progerminant ê capite, digitis, corpus in truncum, cutis in corticem migrat. Ut pro Daphne laurum pulcherrimam Apollo ante ſe ſtantem videret ſtupens.

5. *Documentum.* Cui innocentia morum, & integritas cordi eſt, ne ſe temerè ad quosvis ſocios, hominúmque cætus adjungat; *domi ſe continere, cum probis verſari*, popinas imprimis & hominum lutulentorum fæcem devitare; ne quid honeſtati repugnans videat, audiátve, oculos continere & aures, ingenui adoleſcentis eſt.

6. *Aliud.* Ad tuendam morum caſtimoniam nullum adjumenti genus præſentius eſt oratione. Qui ſtatæ pietatis Chriſtianæ officia omittunt, nullam devotionem præſeferunt, deſerti â gratia, prolabentur certò certiùs.

## *Marſyas Excoriatus.*

1. Minerva fortè propter flumen fiſtulâ canendo ſe oblectans, ut in liquida unda ſuas ipſa buccas fœdum tumentes conſpexit, exhorruit ſcilicet, atque ut fœminis nihil formâ antiquius, fiſtulam brevis nempè deformitatis inſtrumentum indignans abjicit in virentem ceſpitem.

2. Marſyas ê faunorum gente, hiſpidum, cornutum

cau-

caudatum monſtrum, tollit fiſtulam, miratus quid rei eſ-ſet, digitis micans inſcitis flatu animat, neſcio quid ſo-ni elicit. Plauſit ſibi novus aulædus, eóque brevi tumo-ris ac amentiæ devenit, ut Apollinem ipſum in certamen Muſicum provocatum â ſe victum iri crederet.

3. Canente Apolline feræ ipſæ & arbores annuere, victoriámque addicere ſunt viſæ. Marſya canere orsô, aversâ facie aures obturare Judices. Ulturus hominis inſaniam Apollo, miſero pellem ê toto corpore detra-hit. Excoriatus tamen â miſerantibus diis in flumen co-gnomine vertitur.

4. *Doctrina.* Multi ſunt obtrectatores temerarii, nul-lâ virtute vel ſcientiâ, qui carpere audent omnia, leges præſcribere, ſe ſe aliis præferre. Quid inde lucri? niſi ut contemnantur ipſi, audaciámque meritis ludibriis luant.

5. Contrito Proverbio uſurpant Germani: lapſui pro-pinquam eſſe ſuperbiam. Superbis DEUS, hominésque reſiſtunt; hic immerentibus gratiam ſubtrahit, illi ad de-primendum faſtum conſpirantes omnibus opibus contem-ptorem oppugnant &c.

## *Mydas Inauratus.*

1. MYdas Phrygiæ rex, longè opulentiſſimus etſi humi-li genere prognatus, Bacchum cum tota cohorte in peregrinatione magnificè acceptum ſibi plurimùm de-vinxerat. Is gratiam hoſpiti relaturus quidlibet optandi poteſtatem facit, certò obventurum pollicitus, quidquid animô agitâſſet.

2. Homo ſtultus & auri cupidine infinitâ incenſus optat, ut quidquid contingeret aurum purum putum fieret. Ratus hôc obtentô ſe mortalium omnium feli-ciſſimnm fore. Nam in auro ineſſe omnia, voluptatem, honorem, opes. Riſit Bacchus hominis ſtultitiam & an-nuit.

3. Agebat in campo Mydas, pomum decerpturus au-

H rum

rum manu tenuit. Saxum apprehendenti maſſa aurea manibus hæſit. Domum redeunti poſtes & limina, menſa, ſedilia in aurum vertuntur. Nec ante amentiam agnovit ſuam, dum cibîs omnibûs in aurum versîs fame jam propè contabeſceret.

4. Rogat adeò Bacchum, ſtultè petenti ignoſceret, qui hoſpitis miſertus jam vix oſſibus hærentis jubet, ſe quamprimùm Pactolo flumine abluere. Lavit extemplò, & inde arenas aureas devolvens alveus æternùm fluit punitæ avaritiæ monumentum.

5. *Doctrina.* Nihil unquam ſimpliciter petendum â DEO, niſi idem prævideat, rem petitam ê ſalute noſtra fore. Quoties nocitura petimus mortales, infantum ſimiles cultrum, quô ſe ſaucient, flagitantium. Patris optimi ſapientiæ committamus omnia, qui ê malîs bona novit, ſolétque elicere.

6. Hac ſacra auri fame capti permulti totam & ſummam felicitatis in opibus collocant, futurorum parùm ſolliciti; â quibus tamen ad interitum deducuntur, cùm velut viam, Januamque pandant ad voluptatem, ambitionem, & omne ſcelerum genus. Sapientiùs Salomon ſapientiam optavit, unaque bona omnia in domum ſecum induxit.

Viden ùt minùs producta Themata jucundiora ſint forſitan, & ad Ethicam inſpergendam opportuniora. Addo tamen longioris continuationis exemplum ex Æneide Virgilii v.g.

A verſu 13. L. 2. Græci obſeſſores Trojæ, jam decennîs obſidionis laboribûs immensîs laſſati, quod vî nequiverunt, dolô conficere inſtituunt. Ergò Epei architecti operâ inſtar montis equum ædificant, multorum tabulatorum tigna attollunt, latera firmant trabibûs, Ulyſſem vaferrimum per omnia ſecuti.

2. â v. 17. *Votum pro reditu.* Subinde ſpargunt in caſtris rumorem, quem Trojam penetraturum non ignorabant, fixum eſſe, obſidione ſolutâ in Græciam renavigare.

gare. Eum ſe equum Minervæ voviſſe, ut ex oraculi reſponsô navigatione uterentur ſecundâ. Subinde molem ligneam fortiſſimâ, optiméque armatâ Juventute complent.

3. A verſu 21. *Eſt in conſpectu.* Græci deſtitutâ in littore Machinâ ſimulant ſe in. Græciam vela facere, interim Tenedi, propinquâ, & florente tum Inſulâ, nunc propè deſertô ſcopulô ſe claſſis tota continet.

4. A v. 25. *Nos abiiſſe rati.* Trojani hoſtem omninò abiiſſe rati, portîs ſe omnibûs, ad luſtranda hoſtium caſtra, equúmque viſendum effundunt.

5. A verſu 32. *Primùsque Tymates* ſuadet equum inducendum in templum Minervæ, quod Trojæ eſt.

6. A verſu 35. *At Capys* & prudentiores Trojanorum donum eſſe ſuſpectum, & aquîs vel ignibûs abolendum exiſtimant.

7. A v. 39. *Primus ibi ante omnes* Laocoon increpat graviter ſuorum ſtoliditatem, non advertentium, dolum ſubeſſe.

8. A v. 46. *Aut hæc in noſtros.* Oratio Laocoontis ad Trojanos.

9. A v. 50. *Sic fatus.* Haſtam impingit in equi ventrem, ſcrutaturus, quid fraudis lateret.

10. A v. 57. *Ecce manus* Sinon Græcorum quidam captus, juvenum calidiſſimus ad Priamum deducitur.

11 Sequitur Sinonis mendaciſſima oratio, conſilium, ut fatalem equum ſuîs ipſi manibûs inferrent; claſſis reditus ê Tenedo, Trojæ ruina. Ac deinceps Æneæ errores. En pro toto & pluribûs annîs nec inutilia themata, quando Æneis omnibus olim perlegenda. Cæterùm in materia nihil eſt difficultatis.

## *De Forma Scriptionis.*

DE hac generatim dicta, non eſt, quod repetam, nempè adhibitâ, *quidlibet ad quodlibet trahendi* arte, 1. Derivatorum ac compoſitorum voces ſinè ſignificatio-

 ne

ne dictata, Authoris prælecti, & regulas immiſcendas. 2. Si ulla certè in infimis duabus claſſibus Themata intelligibilia, facilia, brevia eſſe oportere &c.

Id verò in ſcriptionibus obſervabit Magiſter, atque pro magni momenti regula conſtituat, ut argumenta totius anni, non admodùm differant ab argumentis Parvæ Scholæ, alterô Semeſtrî, niſi quòd Genera & Præterita præterea illiganda ſint; ut adeò in plana ac ſimplice, & ad 14. Præceptorum ſupplementíque leges exactâ conſtructione emendatè faciendâ eum in modum exerceantur, firmentur, perficiantur, ut ſub anni finem *Scholæ pars maxima tam emendatè ſcribat, ac in Parva optimi quique & Scholæ Principes compoſuêre.* Qui id ab ſuis obtinuerit Magiſter, næ is de ſibi commiſſis præclariſſimè meritus fuerit. Etenim.

Niſi primô hoc & *fundamentali* bienniô planam, quod dixi, ſimplicem, nullâ Syntaxi impeditam conſtructionem condere addiſcant, actum eſt omnino de reliquo Humaniorum quadrienniô de multorum fortunis, quas ſtudiîs adepturi fuiſſent; nec enim hæc fundamentorum labes, ullâ arte vel induſtriâ reparabilis eſt. Conſtat experimentîs quotidianîs, ſi quis Grammatiſtarum aut Syntaxiſtarum v. g. ſex ſolæciſmîs argumentum inquinârit, certò quatuor Parviſticos, ùt loquimur, aut Principiſticos eſſe. Conſtat iîsdem experimentîs, grammaticos adeò malè viaticatos actum agere in Poëtica & Rhetorica: permultos in principiis neglectos adeò, ut vix planam ſententiam latinam ritè ſtruere ſciant; & Magiſtris, ſi quid efficere velint, propè redordiendum ſit ab ipſis Principiis; nec ab imperitis adeò carmen aut oratio latina exigi poſſit, vel ſperari.

Præcipua verò utriusque Scholæ difficultas, noſtræque â latina diverſitas eſt in *Participiis* & Gerundiis, iisque, quæ ſupplemento continentur. Itaque in his tractandis totus ſit Magiſter, nullum ſit argumentum, cui non hujus aliquid admiſceatur, nullum examen, nulla

con-

concertatio: dum ità ſolidentur pueri, ut in his ſtruendis & ſecuri fiant & prompti, hoc eſt: veræ latinitatis firmum jaciant fundamentum.

Non inde omittenda *Genera*, *Declinationes*, *Præterita* huic ſcholæ propria, quæ tamen quotidianîs examinibûs meliùs imprimentur. Alterô Semeſtrî inſpergenda item erit Syntaxis, ſed ità modicè, ut conſtet, in Examine ac Scriptione Præmiali nihil de ea admiſtum iri. Genera Nominum themati illigandi Paradigma unicum addo.

Sit v.g. ſuprà allatum thema: Daphne laureata, in ſylvis oberrans, Phœbum fugiens &c. en, quàm commodè regulæ *Quæ maribus* omnes innecti poſſint. Sint v.g. quæ intrudere velis nomina.

E verſu 1. 2. 3. *Excubiæ*, *Incolæ*. ê 5. *Dryades*, *Amazon*. ê ſequentibus, *proles*, *contubernalis*, *heros*, *teſtis*, *adoleſcens*, *civis*, Menſis. *Aprilis*, *December*. Fluvii. *Marſyas*, *Matrona*, *Araxes*, *Tygris*. Inſulæ: *Delos*, *Cyprus*, *Lemnus*. Urbes: *Delphi*, *Lacedæmon*, *Epheſus*, *Pariſii*. Regio: *Phocis*, *Cherſoneſus*. Navis: *Aries aureus*. Poëſis: *Ajax*, *Nubes*. Arbor: *Quercus*. *abies*, *populus*, *morus*.

Nomina in *a*. v.g. *Sophiſma*. in *e*. *Rhetorice*. in *i*. *Molii*. in *o*. *Titio*, *grando*. in *u*. *Cornu*. in *al*. *Cervical*. in *an*. *Pæan*. in *er*. *Ver*, *iter*. in *or*. *Furor*, *marmor*. in *ur*. *Ebur*. in *as*. *Tempeſtas*, *adamas*. in *es*. *Durities*, *ceſpes*, *magnes*. in *is*. *Vis*, *callis*, *amnis*. in *os*. *Epos*, *cos*. in *us*. *Colus*, *acus*, *eremus*, *methodus*; *frigus*, *tellus*, *melampus*, *ſervitus*. in *s*. *Cohors*, *frons*, *fons*, *chalybs*. in *x*. *Codix*, *pix*. in *ax*. *Thorax*. in *ex*. *Grex*, *carex*, *ſuppellex &c*.

*Excubiæ*. Daphne ſe ipsâ tuta nullas excubias requirebat.

*Incola*. Sylvarum perpetuus Incola.

*Dryades*. Caſtas inter Dryades, Oreadásque.

*Amazon*. invicta. *Proles* Peneo chariſſima.

*Contubernalis* amata Dianæ. Generoſa *heros*.

*Teſtis*. Oculata *teſtis*, Diana.

*Adoleſcens* ſupra ætatem cauta. Amica lucorum *civis*.

*Aprili* floridô, ac effæto *Decembri* in ſylvis.

*Fluvii*. Illuſtrior tali filia Peneus, ac aquis ſuis rapidus *Tygris*, limpidus *Marſia*, lenis *Matrona*.

*Inſula*. Apollo relictâ Patriâ, *Delô*. voluptariæ *Cypro* nihil in hanc juris.

*Urbs*. Fortior ſeveræ *Lacedæmonis* filiâ.

*Regio*. Delatus huc ê clarâ *Phocide* Apollo.

*Arbor*. Umbroſas inter *quercus*, altas *abietes* &c.

*Sophiſma*. Nihil artificioſa *Sophiſmata*, nihil inſidioſa *Rhetorice* Phœbi valebant. Velut ignitô *Titione* ardens procus. Nullum illi tectum adversùs deciduam *grandinem*, nullum *cervical*, niſi dura *humus*. Tantùm non lætum *Pæana* canebat Apollo. Illa verò in periculoſo *agone*, blandi *Hymenis* victrix, & inter viridantia *laquearia* oberrans, & verè perpetuò gaudens.

Nullum illi *iter* in feris conſectandis arduum. Adversùs impuros *procorum* furores ſtetit ùt *marmor* immobile, ùt *adamas* frangi neſcius. Nullum *ebur* hâc virgine candidius. Nudo *ceſpite* ſomnum ferè carpente. Nempè forma ille *magnes* eſt amorum. Illicitam *vim* parans Apollo, per arduos *colles*, inacceſſos *calles*, trans interjectos *amnes* fugientem perſequitur, fruſtrà ſuave *Melos* accinens. Tentari & ſtare, *cos* eſt veræ virtutis.

Non illa ad otioſam *colum* aſſidere, *acu* Phrygiâ pingere, ſed in horrida *èremo* feras figere, concretæ *Telluris* dira *frigora* tolerare, cum fido *Melampode* feris imminere, conjugii acerbam *ſervitutem* averſari. Cum ſocia Dryadum *cohorte* inter umbriferas *frondes*, aut *fontes* vitreos acutâ teli *chalybe* cervos ſternere, pro tenera *codice*, venatorius *thorax*. Cornutos cervorum *greges* per implicatos *carices*, per profundas *paludes* ſequitur. Una *ſuppellex* telum cum pharetra &c.

## *Idem in ſimplicium leges.*

SInt verba conjugationis primæ themati miſcenda, ùt: *Eneco, recubo, circumſono, emico, perfrico, reſeco, lavo, implico, condo.*

*Secundæ* ùt: *Torreo, exſorbeo, obtineo, ſuccenſeo, permiſceo, ſtupeſco, rauceſco, obſideo, commordeo, propendeo, demulceo, extorqueo, excieo, exoleo, faveo, gaudeo, &c.*

*Tertiæ* ùt: *Pellicio, proficio, effugio, rejicio, eripio, comperio, excutio, innuo, exacuo, præſtruo, ingruo.*

In *bo.* Nubo, *co* parco, depeſco, *do* conſcendo, ſuffundo, &c.

Feras *enecatura* & pervigil ſuper nuda humo *recubuit.* *Circumſonuêre* Dianæ litui, in ſummos montes *emicuit.* *Perfrictæ* frontis procis ità aditum omnem *reſecuit.* Quot repulſas *exſorbuit implicitus,* & amore *conſtrictus* Phœbus, nunquam obtenturus quod volebat. *Obſtupuit* ipſe Peneus filiæ duritiem, & tantùm non *ſuccenſuit.* Illa *permiſtas* lachrymis preces *deriſit* fortiter *commorsîs* labrîs. Etſi plurimîs donîs â Phœbo *demulſa* nunquam in ejus vota *propenſura* erat, nunquam ille *extorturus*, quod vî quærebat.

Tanta firmitas quantum in eo ardorem *concivit.* Igitur ſpretîs *exoletîs* amantium artibûs *adolitam* adeò virtutem vî tentat. Contrà *excuſſis* illa vias *præſtruxit* omnes, ne *nuptum* daretur.

nullis blandimentis *pepercit* procus amore viſcera depaſtus. Illa rubore *ſuffuſa conſcensîs* montibûs *effugit* inſidias &c.

Idem Thema in *Nomina compoſita* circumduci, eâdem quidlibet ad quodlibet trahendi arte poſſet, verùm ne longior ſim, idem in regulis Syntaxis experiamur.

*Genitivus poſt Nomen.* Illuſtre fortis *caſtimoniæ* exemplum Daphne.

Plurimùm *lenociniorum* nec minùs *donorum* admovit Phœbus.

Raræ *virtutis*, inſigni *pudicitiâ* virago.

Venandi *perita*; amorum *ignara*, laborum cum Diana omnium *particeps*. Curarum *expers plenam* voluptatis honeſtæ agebat.

*Nemo* omnium dubitabat, procorum *quemdam* tandem hâc prædâ potiturum.

*Superlativa.* Græcarum *caſtiſſima* Deorum *pulcherrimo* ad extremum reſtitit. Deæ *ſimilis*, nec unquam ſui *diſſimilis* Daphne.

*Dativus poſt Nomen.* nihil illi *moleſtius* illecebrîs, venatu verò *jucundius*. Tam *grata* ſuperis quàm voluptati *infeſta*.

*Accuſ.* vel *Ablat. poſt Nomen.* Viam multîs paſſuum *millibûs* longam ſæpè fugiendo confecit.

*Ablativus poſt Nomen.* Sponte paternâ domô *extorris*, rebûs omnibûs *nuda*, *digna* Dearum conſortiô, ſuâ ſolitudine *contenta*; quàm ab opibus *inanis*, tam laude *referta* ac *locuples*, &c. *Opus.* Longè ab aliis puellis *diverſa*, *aliena* â blanditiis negat ſe donîs ullîs *opus* habere.

*Comparativa.* Nihil hâc *conſtantiùs*, nihil Apolline procô *importuniùs*: quam tamen *opinione fortiorem* comperit.

*Genitivus poſt verbum.* Quanta erat, *Dianæ* erat. Virginis *eſſe* putabat, virum ne videre quidem velle.

*Miſerebantur* fugientis Dryades, uniúsque venatus *ſatagentem* ſectabantur.

Domûs Paternæ *oblita*, nuptiarum ne *meminiſſe* quidem volebat.

*Dativus poſt verbum.* Proci omnes *odio erant*. Una illi cum Diana familiaritas *eſt*. Sexui ſuo honori *fuit*.

Sibi *blandientes* averſata, deos precatur, ut periclitanti *opitulentur*. *Irata* impuris, nec eorum cupidinibus unquam *aſſentiri* certa, uni venatui *vacabat*, *ſtudebátque*. Nil Phœbo ſuæ artes *proderant*. Ne Parenti

qui-

quidem *obſecuta*, ut ſibi deliciarum quidquam *indulgeret*. *Reſiſtit*, *obluctatur* artibus inſidiantûm.

*Ablativus poſt verbum. Specie* venuſtiſſima venatrix, *animô* virili ſe commendabat, majoris verò *animi*, ac Apollo voluiſſet.

Non monitîs *egebat*, culpâ omni *vacans* alioquin. Ferinâ *veſci*, cibô *vivere* minimô, ſolitudine *delectata* unicè, procos ipſa nunquam *potituros*, inutili labore *ſuperſedere* jubebat.

*Accuſandi verba*. Nemo eam minimæ levitatis *incuſare*, minùs impudicitiæ *arguere*, nemo, qui non omni ſuſpicione ſceleris *abſolveret*.

*Pudebat* quidem Phœbum iteratæ repulſæ, nec tamen laboris *tædebat*.

Non erat, ut officii eam *commoneret* quiſpiam. Tantam virtutem quis non plurimi *faceret*?

*Dativus cum Accuſativo*. Incredibile dictu, quantum donorum vel invitæ *pollicitus* ſit, ac *tribuerit*, quibus illa caſtimoniæ decorem longè *prætulit*.

*Geminus Accuſ.* Sæpè illam *popoſcit*.

*Induta* cultum venatricis. A Diis opem *flagitat* &c.

## *Idem cum Authore.*

INdere velis v. g. themati ex explicatione primæ diei *Quæ maribus* excubiæ. Incola. Dryades. Ex authore; modeſtiâ florebat. Accidit, ut:

## *Paradigma* I.

DAphne eine Tochter des Fluß Penei, welcher durch das angenehme Thal Tempe flüſſet / ware ſowohl ihrer außbündigen Schönheit / als Eingezogenheit / allein unter allen Geſpillinen die anſehnlichſte. Und hatte der Vatter / ihre Ehre zu beobachten / keine Wachten außzuſtellen.

Es hat ſich aber zugetragen / daß Apollo dieſen ſchönen Inwohner der Wälder mitten unter den fei-

nen Dryaden ſitzend erblickte. Da hat man mercken können / wie gefährlich offt ein eintziger Augenwurff seye. Er entbrint alſobald vor Lieb / und begehret von Peneo, ſie ihme zur Braut zu geben.

Daphne Penei per amœna *tempe fluentis* filia & ſingulari venuſtate, & ſuâ modeſtiâ latè *florebat*. Nec parenti, ad ejus integritatem *cuſtodiendam excubiæ collocandæ* erant.

Accidit autem, *ut* Apollo, *bellum* hunc ſylvarum incolam inter formoſas Dryades ſedentem conſpicaretur. Tum adverti potuit, quàm periculoſus *ſit* ſubinde unius oculi jactus. Exardeſcit illicò *amore*, eamque ſibi â Patre ſponſam *dari* petit.

Sunt in hoc themate 1. Tempe. 2. Relativum omiſſum. 3. & - &. 4. Phraſis *florebat*. 5. Gerundium in dum. 6. Occultum debeo. 7. Excubiæ. 8. Accidit cum *ut*. 9. *Incola* Gen. Maſc. 10. Dryades Gen. fœm. 11. Man. 12. *Quàm* cum conjunctivo. 13. *Amore* Abl. cauſæ. 14. Infinitum Paſſivum.

## *Paradigma* II.

SEcundæ diei explicatio è quæ maribus: *Proles, contubernalis. adoleſcens.*

Ex authore: petere ſocietatem itineris. Parente optimô uti.

Obwohlen dieſes liebe Kind einen gar guten Vatter hatte / der ihr nichts / was ſie begehrte / abſchluge / lieſſe ſie ſich doch in ſeinem Hauß nicht auffhalten. Verlanget dan von der Diana, ihr im Jagen Geſellſchafft zu leiſten / und in den Wäldern ihre ewige Geſpänin zu seyn. Apollo lieſſe nichts unprobirt ihr Gemüth zu gewinnen / mit Hoffnung / ſie werde dannoch endlich nachgeben. Sie aber ſchlagt alles verſprochene auß / gar wohl wiſſend / wie viel ehrliche junge Leuth / elendiglich verdorben / welche ſich mit Geſchenck haben verblenden laſſen.

Quam-

Quamvis chara proles parente uteretur optimô, nulla petita ipſi negante, domi tamen ſe detineri non ſinebat. Petit itaque â Diana venatûs ſocietatem, & perpetua ejus contubernalis eſſe. Apollo nihil relinquebat intactum, ad ejus animum expugnandum, ſperans, tandem ceſſuram. Illa verò, quæ pollicitus erat, rejicit omnia, non ignara, quot honeſtæ adoleſcentes miſerè perierint, donis ſe capi paſſæ.

*Sunt in hoc themate* 1. *Proles* Gen. fœm. 2. *Parente* bonô uti. 3. Relativ. omiſſum. 4. Item. 5. Sino cum Paſſivo. 6. Petere ſocietatem alicujus rei. 7. *Intactum* Partic. 8. Gerundium in *dum*. 9. *Contubernalis* Gener. fœm. 10. Occultum *quòd*. 11. Deponens Paſſivum. 12. *Quot* Interrog. cum Conj. 13. Adoleſcens Gen. fœm. 14. *Capi* Paſſivum. 15. Omiſſum Relativum.

## *Paradigma* III.

TErtiæ diei *Quæ maribus : Delos*, *Delphi*, *Phocis*. *Tygris*, *Araxes*, *Quercus*, *Abies*.

Er vertraute ihm / er ſey ein Herr von berühmten Phocis, habe dieſes / wie auch Delos, welche Inſl ſein Geburths-Orth ſeye / benneben die Welt-bekandte Stadt Delphos verlaſſen / da von ihme alle Griechen Rath holleten / und dieſes nur um ſie zu gewinnen ; ja er habe bey ſich beſchloſſen / lieber mit ihr unter den dicken Eych-Baum / oder höchſten Tannen / als in ſeinen prächtigiſten Tempel zu wohnen.

Dem Peneo ſchmeichlet er / daß er auß dieſer Heyrath mehr Anſehen haben werde / als der waſſerreiche Tygris, oder reiſſende Araxes von ihren Waſſer-Reichtum. Da er aber beyderſeits geſchloſſene Ohren funde / ſchlieſſet er / es müſſe nun mit andern Gewehr gefochten ſeyn.

Confidebat ei, ſe claram Phocidem tenere, hanc verò & Delon Patriam ſuam, & inclytos Delphos deſeruiſſe,

iſſe, ubi ipſum omnes Græci conſulerent, tantùm ad eam obtinendam; imò apud ſe decreviſſe, potiùs cum ea infra denſas quercus, ſub procera abiete, quàm in ſuo ſplendidiſſimo templo ætatem agere.

Peneo blanditur, eum ex hoc connubio plus claritudinis obtenturum, quàm vel amplum Tygrim, vel rapidum Araxem ê maxima aquarum copia. Cæterùm occluſas utriusque aures comperiens, aliîs deinceps armîs dimicandum ſtatuit.

En in hoc Themate 1. Occultum *quòd*. 2. Phocis Gen. fœm. 3. Regionem tenere. 4. Delos Gen. fœm. 5. Omiſſum Relat. cum ſum. 6. Delphi Gen. Maſc. 7. *Conſulo* cum Accuſ. 8. Gerundium in *dum*. 9. *Quercus* Gen. fœm. *abies* Gen. fœm. 10. Occultum *quòd*. 11. Tygris Gen. Maſc. 12. Armîs dimicare.

## *Paradigma* IV.

Dei quartæ Quæ maribus: Sophiſma. Rhetorice. *Author*: in poteſtatem redigere. &c.

Leget dan die bißhero gebrauchte Wohlredenheit / und künſtlich geſetzte Fang-Reden auff die Seithen; ſuchet ſie mit Gewalt in ſeine Bottmäſſigkeit zu bringen / und ſo lang zu verfolgen / biß ſie unterliegen müſte. Nach dem die arme vom Lauffen ſchon gantz ermüdet / gleich einer Tauben / die vom Raub-Vogl ſchon gleich ſolte ergriffen werden / ruffet in äuſſerſter Noth alle Götter zu Hülff.

Seponit itaque, quâ hactenus uſus fuerat, Rhetoricen, & quæ commentus fuerat, Sophiſmata, eámque vî in poteſtatem redigere inſtituit, ac perſequi tamdiu, dum ſuccumbendum eſſet feroci puellæ. Miſera currendô jam penitùs laſſata columbæ inſtar â ſævo accipitre jam jam comprehendendæ, extremô in diſcrimine Deos omnes in auxilium vocat.

In hoc Themate ſunt 1. Deponens Paſſivum. 2. *Rhetorice*. Gen. fœm. 3. *Sophiſma* Gen. Neut. 4. In pote-

poteſtatem redigere. 5. *Debeo omiſſum.* 6. Gerund. in *dô.* 7. Omiſſum Relat.

## *Paradigma* V.

Q*Uæ maribus:* Pæan, Cornu. *Author:* curſum dirigere. &c.

Da ſie ihren Lauff gegen den höchſten Bergen nahme / und Apollo ſchon ein fröhliche Victori zu ſingen begunte / ſiehe ein Wunder zu ſehen. Bogen / Pfeil / das ſchöne Jägerhorn / ſo ſie in Handen hatte / entfallen ihr; die Füß werden mit Würtzlen an die Erd gehefftet / mit einen Wort ſtehet anſtath einer, im vollen Lauff erſehenen Jungfrauen / den ſchönſten Lorber-Baum vor ihme ſtehen. Man ſagt / daß dieſer Baum als ein Sieges-Zeichen von Donner unbeſchädigt bleibe.

Cùm in ſummos montes curſum dirigeret, & Apollo jam lætum Pæana canere occiperet, en rem viſu miram. Arcus, tela, cornu venatorium, manibûs tenta excidunt; pedes radicibus humo figuntur, verbô, Phœbus quam ante ſe currentem conſpicatus fuerat, locô virginis pulcherrimam ante ſe laurum ſtare conſpicit. Ajunt, hanc arborem, ut victoriæ ſignum, â fulmine intactam.

Vide 1. Curſum dirigere. 2. Pæan. 3. Supinum in *u.* 4. *Cornu* Gen. Neutr. 5. Relat. omiſſum. 6. Deponens paſſivum. 7. *Laurus* Gen. fœm. 8. Man

## *Paradigma* VI.

Q*Uæ maribus* agon &c. *Author* ſum pro habeo. Conſuetudo. Plurimùm aliquô uti.

Auß dieſer Fabl haben wir zu lehrnen / daß wer ſeine Unſchuld auſſer Gefahr ſetzen will / den Umbgang deren mit böſen Sitten angeſteckten Leuthen vermeyden / und ſich hütten ſolle / daß er niemahlen mit ihnen vertreulicher umbgehe. In ſo gefährlichen Streit wird mit der Flucht am leichteſten geſieget. Schlieſſe dan die Ohren denen / ſo ungebührliche Reden; die Augen denen / ſo was Unehrbahres zeigen.

Ex

Ex hac fabula nobis diſcendum eſt, ſuam innocentiam extra periculum ponere volenti, omnem conſuetudinem malîs moribûs infectorum vitandam, cavendúmque, ne his familiariùs utamur. In agone tam periculoſo fugiendô vincitur. Quare occlude aures turpia loquentibus, oculos inhoneſta monſtrantibus.

*En* 1. Occultum *debeo*. 2. Omiſſum Relat. 3. Conſuetudo. 4. Aliquô plurimùm uti. 5. Agon Gener. Maſc. 6. Gerund. in *do*. 7. Omiſſum Relat.

In his Paradigmatis obſerva, genera quidem Nominum, nec nihil de authore inſperſum, magnam tamen partem facere, Participia, Gerundia, debeo, Relativum &c. Hòc enim melior erit ſchola, quò in his exercitatior.

## V. *Academiæ. Hiſtoria.*

DE Academiarum utilitate, Academicorum Perſonis, & hoſpitum invitandorum, de tempore & loco, jam generatim dictum. Videntur primò in hac ſchola inſtituendæ *duæ Hiſtoricæ*, quarum ſingulæ dimidiam libelli partem exhauriant. *Tertia* ex Authore ac fortaſsè, ſi videtur, quarta Privata ê Derivatis & compoſitis.

*Forma* Hiſtoricæ eſt eadem, quæ Examinis publici, per P. Præfectum aut hoſpites inſtituti. Quæſtiones porrò breviores eſſe poterunt, vel longiores. *Breviores* erunt, percurrendô Indicem Nominum propriorum in libello occurrentium. v. g. Edic quis fuit Titanus? Saturnus? Cybele? Corybantes? Amalthæa? Janus? Ætas aurea? Bona Dea? campi? Athos? Caucaſus? Prometheus? Epimetheus? Pandora? &c. &c.

*Longiores* verò ſi interrogarentur v. g.
Quid Oreati accidit in Tauride?
Agamemnon â quo periit? â quo Æghiſtus?
Darius Hyſtaſpis quî Rex evaſit?
Atrei & Thyeſtis, quæ diſſidia?
Saturnus cur in Latio exulârit?
Sciéſne enumerare Herculis labores?

Per-

Perſarum Regum Nomina â Cyro ad Codoma?
Xerxes quô paratu in Græcos?
Quid Meduſæi capitis clypeus?
Perſei acta an compendio reddes?
Deſcribe ſævum bellum gigantum.
Andromeda quæ fuit, & quomodo liberata?
Quid de Cephalo narras, & Procride?
Quæ fuit Atalanta., & quomodo victrix?
Quæ Promethei & Epimethei fata?
Lycaonis & Caliſtûs quæ calamitas?
Quæ Bacchi expeditio & triumphus?
Qui inferni judices? quæ ſceleratorum pœna?
Pelides quid egerint? ùt punitæ?
Cur Apollo Deli natus, cur Pythius?
Jûs & Argo acta?
Cur Apollo cœlo relegatus fuerit?
Mercurii quæ officia?
Quæ fuerint opera Vulcani præcipua?
De Cerere quid habes memorabile?
Quis Deorum ê genu genitus? quis ê cerebro?
Apollo Marſyæ Victor & Mydæ.
Quid ſunt, & quot Muſæ?
Phaëtontis interitum recenſe.
Raptus Proſerpinæ qualis?
Quæ fuêre Mercurii furta? quis filius?
Neptuni quæ familia?
Quæ fuerit
Quis in cicadam mutatus? quis in urſam?
Quis in Lyncem? in Stellionem?
Quid de Fauno & Syringe?
Qui ſinè Patre nati?
Quis in hoc libello carnes humanas edit?
Qui numerantur boni Sagittarii?
Quæ ſingulorum Deorum Inſignia?
Qui Montes celebres nominentur? &c.
Academia ex *Anthore* habetur ùt in Parva nempè ut
unam

unam quampiam Periodum ê Miltiade, vel Ciceronis epiſtolis ità explicare jubeatur, ùt â Magiſtro audivit. Vel ſi Phraſium v.g. ê Themiſtocle, ſenſum perquiram, Ut ſi interrogem.

Redde mihi Germanicè *rem familiarem negligere.*
Me hæc contumelia non frangit.
Quid *famæ ſervire?* Rempublicam capeſſere?
Multùm pecuniæ ex agris redit?
*Omnia quæ moveri poſſunt*, quomodo germanicè?
Ancipite periculô premi?
Ingratiis ad aliquid cogi?
Pari prœliô ex arena diſcedere?
Ab ſuo gradu depellere aliquem?
Tempus quàm longiſſimè ducere?
Cum eo mihi hoſpitium eſt?
Magnâ religione tueri aliquem?
Gratiam alicui referre?
Verba facere ad populum?
A veteribus ſcriptoribus memoriæ proditum eſt?
Capi alicujus miſericordiâ &c.

Hujusmodi exercitationem niſi inſtitutum iri ſciant diſcipuli, vix erit, ut inter explanandum attentionem adhibeant; vel ad authorem rectè intelligendum, ſtudium.

Academia Privata ê Derivatis & compoſitis, de quibus in lectionibus ſecundariis memini, eum in modum haberi poterit, ut conſtructio proponatur plura ejusmodi vocabula complectens, eáque ab Academico *primò* vernaculè vertatur. *Secundò* vox quælibet in ſuum Primitivum reſolvatur v.g.

Moroſus homo, ignavus, ſocors, iners vix ſui Nominis reminiſcitur. Dieſer langweilige/ faule/ nachläſſige/ und ungeſchickte Menſch gedencket kaum ſeines Nahmens.

*Moroſus* â mora. *Ignavus* â navus. *Socors* q. ſinè corde. *Iners* ſinè arte. *Nomen* â noſco q. Noſcimen. *Reminiſcor* â mens &c.

VI. *Ex-*

# VI. *Experimenta pro Præmiis.*

EXperimenta ſunt ſcriptio, Examen è Præceptis nempè *Quæ maribus*, *Simplicium* & *Nomina* cum una quæſtione ex authore. Examen ex Hiſtoria & Caniſio. Juvat adnectere argumentum, hôc, quô ſcribimus, annô Principiſtis dictatum.

Ich will nicht in Abred geſtelt haben / es ſeyen in jenigen Gedichten / ſo man euch dieſes gantze Jahr mit Fleiß außgelegt / viel Ding begriffen / welche zum Unterricht des Lebens ſehr tauglich ſeynd. Doch halte ich darvor / jenes werde euch den gröſten Nutzen gebracht haben / daß von euch in demſelben / die Blindheit der alten Heyden gantz klar iſt erkennet worden; als welche den jenigen Leuthen / ſo laſterhafft / und wegen gröſten Unthaten verrucht geweſen / Göttliche Ehr angethan; und denen Laſtern ſo viel Ehrerbietigkeit erwiſen / als ſelbige Schand verdienet haben.

Dan laſſet das gantze Alterthum / die geſambte Menge ihrer angebetteten GOttheiten erzehlen. In Wahrheit du wirſt keinen auß allen finden / welchem nicht eintweder die geraubte Keuſchheit / die gegen die Untergebene geübte Grauſamkeit / oder anders nahmhafftes Laſter einen Fleck angehenckt hatte. Hirauß habet ihr zu lernen gehabt / was groſſen Danck wir GOtt zu ſagen haben / daß wir nicht in gedachten verderbten Zeiten / ſeynd gebohren worden.

Non negavero, fabulis, vobis hunc totum annum cum diligentia explicatis vel explicitis, multa ineſſe ad vitam inſtituendam aptiſſima. Credo tamen illud vobis præcipuæ utilitati fuiſſe, quòd in iisdem cæcitatem veterum gentilium apertiſſimè intuiti fueritis. Ut qui hominibus facinoroſis, & maximîs ſceleribûs infamibus divinos honores decreverunt, vitiisque tantùm reverentiæ tribuêre, quantùm infamiæ merita ſunt.

Tota enim antiquitas omne vulgus vel omnem vulgum

gum ſuorum, quæ venerata eſt, Numinum recenſeat, profectò nullum omnium reperies, cui non aut erepta pudicitia, exercita in ſubditos tyrannis, aut aliud inſigne flagitium maculam illeviſſet, liviſſet, vel linîſſet. Hinc vobis diſcendum fuerat, quantæ gratiæ â nobis Optimo DEO agendæ ſint, quòd non perditîs iîs temporibûs, quorum meminimus, nati ſimus.

En in uno argumento omnes propè primæ & ſecundæ ſcholæ difficultates, nempè. 1. *Non negavero.* Tempus. 2. Occultum *quòd.* 3. *Cum* diligentia. 4. *Explico*, avi, atum, vel ui, itum. 5. *Ineſſe* ſum cum Dativo. 6. *Inſtituendæ* Gerundium. 7. *Aptus* cum Accuſ. 8. Omiſſum *quòd.* 9. Superiùs omiſſum Relat. 10. Werde geweſen ſeyn/ *fuiſſe.* 11. *Apertiſſimè* gantz klar. 12. Utilitati *ſum* cum Dativo. 13. *Sceleribus* Ablat. cauſæ vel vituperii. 14. *Tantùm*, -- *quantùm.* 15. *Quantùm* cum Genitivo.

16. *Vulgus* genus dubium. 17. *Venerata eſt* Deponens Paſſivum. 18. *Recenſeat* laſſet erzehlen. 19. *Nullus* omnium Syntax. 20. *Cui.* Syntax. 21. *Eripio* Supinum. 22. *Exerceo* Supinum. 23. *Illino* Præteritum. 24. *Tyrannis* Gen. fœmin. 25. Occultum *debeo.* 26. *Quantæ* non, tam *magnæ.* 27. *Sint* Interrogat. cum Conjunct. 28. *Meminimus* Syntaxis. 29. *Meminimus* reſolutum Paſſivum. 30. Naſcor præteritum.

Hoc argumentum ut ſolerter conceptum, non per omnia probo. 1. Enim longiuſculum eſt, ac in duo dividi poterat. 2. Difficultatibûs juſtô pluribûs ſtipatum. 3. Quòd è Syntaxi minimum admiſcendum exiſtimem. Serviet tamen pro egregio ſpecimine, qua, quò ducendi ſint per annum, & ſub anni finem experiundi pueri.

## *Quæſtiones pro Præmiis.*

Wir werden einmahl die vergangene Jahr wünſchen/ welche doch nicht werden zuruckkommen.

Annos, qui effluxêe, vel quos degimus, olim optabimus, numquam tamen redituros.

Er

Er hätte ſeine zerraufſte Haar kämplen ſollen.
Paſſi ejus crines pectendi fuiſſent.

Der von der Donau benetzte / mir angelegene Acker hatte mit Trayd ſollen angebaut werden /

Ager, quem Danubius alluit, mihi, triticó conſerendus fuerat. &c.

*Ex authore.* Explica è capite III. Miltiadis f. 346. Illam Periodum: *Hujus cùm ſententiam* &c. ℞. Collocanda eſt ſic: cùm ejus ſententiam plurimi eſſent ſecuti, Miltiades, qui non dubitabat, quin tam multis conſciis ad regis aures conſilia ſua éſſent perventura, Cherſoneſum reliquit &. Da die meiſte deſſen Meynung gefolget hatten / hat Miltiades, der nicht zweiffelte / daß ſeine Anſchläg / dero ſo viel bewuſt waren / zu des Königs Ohren kommen wurden / Cherſoneſum verlaſſen: *Sententia* â ſentio: *Sequor* Accuſ. *Qui omiſſum. quin*, quod, non poſt dubito &c.

## *Ex Hiſtoria.*

QUi *infantes expoſiti?* ℞. Cyrus f. 8. Paris f. 61. Oedipus f. 57. Perſeus f. 42.

*Qui Magiſtratus Græci?* ℞. Archontes Athenienſibus, Ephori Lacedæmoniis. Pritanes Corinthiis. Polemarchi Thebanis f. 78.

*Quæ matres occidêre filios?* ℞. Progne f. 50. Agave f. 56. Medea f. 54.

*Qui mari merſi?* ℞. Icarus 23. Ægeus 51. Ajax Telamonis 68. Helle. - -

*Qui furatus è Templo?* ℞. Cambyſes. 9. Oreſtes Dianam 47. Ulyſſes Palladium 67. Phocenſes Templum Apollinis 84.

*Quæ dona periculoſa?* ℞. Pyxis Pandoræ 18. Veſtis Dejaniræ. 64. Ciſtula Medeæ 54.

*Qui telis confixi?* ℞. Cyclopes 21. Præxaſpis 9. Procris 24. Laomedon 61. Telephus 65. Memnon 66. &c. &c.

# PARADIGMATA,
*SEU*
# TYPUS
## CURSUS SCHOLASTICI ANNUI
*PRO*
## GRAMMATICÆ SCHOLA.

*GRadus hujus Scholæ eſt, quod ratio ſtudiorum habet, totius Grammaticæ, minùs plena tamen cognitio. Explicat enim ab initio libri ſecundi Syntaxin usque ad figuratam ſinè Scholiis ſeu appendicibus tertii generis. Explicantur etiam prima principia de Proprietate & Elegantia Latinitatis, idque non tam ut perdiſcant, quàm ut ne neſciant.*

### I. *De Exercitatione Memoriæ.*

SYntaxis eum in modum, eáque in penſa diurna dividi debebit, ut intrà 134. dies bis ediſci poſſit v. g.

1. Verbum perſonale / voces copulatæ. 2. Prima & Secunda / Verbum Infinitum. 3. Subſtantiva conjuncta / Adjectivum plurale. 4. Cum Subſtantivis / Relativum. 5. Relativum / quod ſi inter duo. 6. Nominativus / Subſtantiva continuata. 7. Verbum Activum / Genitivus criminis. 8. Verba abſolvo / non temerè. 9. Verba hæc / Verba æſtimandi.

10. Dicimus etiam / ſum pro æſtimor. 11. Hæc item / ter-

tertius ordo. 12. Multa denique / habeo tibi fidem. 13. Sunt quibus / quartus ordo. 14. Dicimus etiam / Verbo Commoneo. 15. Quintus ordo / Impleo. 16. Dono & Impertio / Sextus ordo. 17. Intelligendi verba / maximè. 18. Verbum Paſſivum / verba Paſſiva. 19. Verbum Neutrum / non ſolùm.

20. Huc præſertim / ſi duo illa. 21. Etiam verbum / verbum enim. 22. Interdum tamen / aut cùm. 23. Si Accuſativus / Secundus ordo. 24. Memini / Tertius ordo. 25. Sunt multa / ſum modò. 26. Conſulere / interdico. 27. Quartus ordo / doleo. 28. Quintus / affluo. 29. Egeo / hôc genere.

30. Sextus ordo / Fio. 31. Jungitur etiam / verbum commune. 32. De Conſtruct. Depon. / Obliviſcor. 33. Præſtolor / multi tamen. 34. Tertius ordo / quædam verba, 35. Sextus ordo / Septimus. 36. De Imperſonalibus / ſecundus ordo. 37. Cuja & cujas / magnum. 38. Tertius ordo / Quartus ordo. 39. Verbum Oportet / quintus.

40. Sextus ordo / verbum Imperſon. Paſſ. 41. Hæc ante ſe / Propria Pagorum. 42. Si tamen / Dativo ruri. 43. Quod idem / errant qui. 44. Si per adverbium / ſi per unde. 45. Propria ſæpè / propriis. 46. Certa Nomina / quodvis verbum. 47. Ablativus / interdum Ablativo. 48. Aliquando / modus actionis. 49. Adhibetur / his tamen.

50. Verba infinita / verbum interdum. 51. Infinitum eſſe / hâc circuitione. 52. Verbis cœpi / Gerundia. 53. Item nonnulla / Gerund. in *dum*, 54. Gerundia in *do* / Gerundia Paſſiva. 55. Verbum Participiale / ſi tamen. 56. Supina in *um* / Supina in *u*. 57. Particip. Paſſ. / Particip. in *ans*. 58. Partic. Præſentis / de Nomine. 59. Subſtant. laudis / item quædam.

60. Partitiva / ſi multa. 61. Tam Superlativa / Gen. vel Dat. 62. Nomina quibus / item verbalia. 63. Accommodatus / extorris. 64. Opus / Adjectiva diverſ.

65. Comparativo / Abl. comparat. 66. Auctores / pleraque. 67. Conſtruc. Pronom. / Poſſeſſiva. 68. Intereſt / Poſſeſſiva. 69. Subſtantiva / aliquando.

70. Reciproco / Præpoſitio. 71. Verba compoſita/ Accuſativo. 72. Versùs / tenus. 73. In, ſub / cum verò. 74. Et cum verbis / Ablativo. 75. Præpoſitiones/ Item adverbia 76. Huc ſpectant / nam congruens. 77. Comparativa / ut pro poſtquam. 78. Antequam / ne vetandi. 79. Per, perquam / quàm pro.

80. Quàm pro valdè / Adverbia in um. 81. Multò etiam / O. Heu. 82. Conjunctiones / aliquando. 83. Etiamſi / vereor. 84. Ut ne / verbum videor.

Supererunt adeò 50. dies ad finem anni, intrà quos Syntaxis tota paulò majoribus penſis repetenda erit.

## *Acceſſoriæ Lectiones.*

*Hiſtoria* bellica Romana pars eſt lectionum, ità diviſa, ut ſaltem ſemel, ac ſi fieri poſſit ſecundò, præſertim à bello Punico ſecundo ediſcatur. Diſcendi ratio eadem eſt, nempè ut quæſtionem unam, ſeu faciei dimidium Decurioni Germanicè ac ſuîs verbîs reddant.

Altera Lectio eſt Semeſtri ſecundô *Flos latinitatis*, qui cum ornata Syntaxi compactus omnibus comparandus erit. Methodus ea erit, ut Decurioni latinum interroganti, Germanicam ejus ſignificationem reddant, cujus exemplum habes in eadem ornata Syntaxi N. XVIII.

## II. *Explanatio Authoris.*

EXplanantur in Grammaticæ Schola 1. Epiſtolæ aliquot longiores Ciceronis præſertim thematis facilioris ùt conſolatoria Sulpitii &c. 2. Cato Major ſeu de ſenectute, vel ſomnium Scipionis. 3. Aliquid ê Julio Cæſare. Reliqua Privatæ diſcipulorum diligentiæ permittenda operi tamen inſerta ſunt, ut legere volenti liber ne deſit. Qui ingeniô fuerit tantô & induſtriâ, ut

per

per annum, legat & intelligat omnia, certè ad omne Authorum genus intelligendum egregiè comparatus accedet.

Penſum explanationis Regula definit, nempè ut ſeptenos verſus ne excedat. Itaque primâ die explanatio ex *Catone* v. g. erit usque ad *rem affers*. 2. Tanta eſt ſtultitia. 3. Præterita enim. 4. Sed tamen. 5. Atqui Cato. 6. Volumus ſanè &c. Ad hunc modulum Magiſter ipſe ſibi dividet, quod ex Epiſtolis Ciceronis, ex Julio Cæſare legere conſtituerit.

## *De Forma Explanationis.*

FOrma Explanationis gemina erit illi Paradigmati, quod in ſua Methodo P. Juventius pro Media Grammaticæ Schola delineavit, ê capite 1. Catonis §. 3. â verbis: *Nihil igitur afferunt.* usque ad: *Non viribus.* Nec multùm diverſa erit ab ea formula, quam ſuprà in Schola Principiorum delineavimus. Ut nempè primò breviter repetatur explicatio pridiana, tum nova ſubjiciatur, cujus *prima* pars ſit *Paraphraſis* (Juventius argumentum vocat) ſeu ſumma totius explicationis latinè & vernaculè. Antequam verò ad partem ſecundam nempè propriè dictam *explanationem* tam Notionalem, quàm Grammaticalem adeatur, Periodus (ſi quæ longior ſit) ità diſſolvenda erit, ut 1. Princeps conſtructio ab interjectis, vel Nominativus cum verbo ab inciſis diſtinguatur. 2. Omiſſa, ſi quæ occurrent, *quòd*, *debeo*, *qui*, *a*, *quod*, uti & Nominativus Pronominalis in Latino ferè omiſſus addatur. v. g. In Epiſtola 1. Ciceronis, Periodum primam: vehementer te eſſe ſollicitum, & in communibus miſeriis præcipuô quodam dolore angi, multi quotidie ad nos deferunt: ſic collocabis: *Multi quotidie ad nos deferunt, quòd tu vehementer ſolicitus ſis, & - - angaris.* vide in Paradigmatis ſequentibus.

2. *Explanatio Notionalis & Grammaticalis.* Notionalem appello, quòd Notiones ſeu ſignificata vocum ſingula-

gularum, quin & earum ſynonima quædam afferat, nec unquam earundem, niſi notæ ſint alioquin, Etymologiam, ſeu originem, ſeu Radicem inveſtigare omittat. Grammaticalis ſingula ad regulas Syntaxis, Simplicium &c. expendit.

3. *Latinitas.* Si quæ occurrat Phraſis, ſeu modus loquendi latinus, qui ad verbum Germanicè reddi nequeat, non exponatur modò, & exemplîs illuſtretur, ſed & dictetur in libellum, quem eâ causâ paratum habere debebunt.

4. *Eruditio* ſi quæ ſe offerat, quæ tamen parcè ac ſobriè inſpergenda erit, cùm Latinæ linguæ cognitio potiſſimùm ſpectanda ſit.

5. *Mores*, quibus ad probitatem formandis præ cæteris Cato Major, documenta ſuggerit pulcherrima, neque extra viam iverit Magiſter, ſi in his ſubinde paulò diutiùs inhæſerit. En autem dicta hactenus, in Paradigmatis aliquot utcunque expreſſa.

## *Paradigma* I. *In Proœmio Catonis. Majoris.*

1. *ARgumentum.* Interlocutores hujus Dialogi, qui à perſona præcipua *Cato* inſcribitur, Scipio nempè & Lælius ſuam eidem Catoni admirationem exponunt, non tam quòd tot præclarîs dotibûs ornaretur, ut meritò Romanorum optimus, ac ſapientiſſimus haberetur, quam, quòd cùm octuagenario jam major eſſet, nunquam tamen de miſeriis, incommodíſque tam provectæ ſenectutis vel verbulô conqueratur; contrà ac ſenibus in more eſt, quiritari ſemper; in ſermone quovis ſuorum morborum, ſymptomatum, affectionum hiſtoriam odioſiſſimè texere ſolitorum.

Hoc idem Argumentum etiam Germanicè latiùs exponendum erit.

2 *Explanatio. Sæpenumerò* locò *ſæpè* oſſt.
*Cum C. Lælio*, locò: ego & Lælius.

Ad-

*Admirari ſoleo.* Pflege mich zu verwundern. *ſoleo* regirt einen Infinit. *Admiror* Accuſ. Nec adeò dixeris: admiror ſuper hanc rem. Ich verwundere mich über dieſe Sach.

*Cùm* - - ſapientiam, *tum* - - quòd ſowohl über deine Weisheit ⸗ ⸗ als / daß du ⸗ ⸗ ejus locò adhibetur *tam, quàm. &, &. ùt, ſic.*

*Excellentem tuam, perfectámque ſapientiam* Accuſat. verbi admiror. *Excellens* à *cello* treffen deine vortreffliche.

*Perfectam* â perficio. Deine außgemachte vollkommene Weisheit. *Sapientiam cæterarum rerum* â *ſapio.* Proprium eſt guſtatûs; Metaphoricum de intellectione. Aliàs collectionem omnium virtutum, aliàs ut hic a Cicerone accipitur, ſcientiam ſignificat. Deine vollkommene Erkanntnuß aller Wiſſenſchafften / Nam Cato, Grammaticæ, Juris, Rei militaris &c. peririſſimus erat.

*Tum vel maximè*, als / und zwar am meiſten. Hoc eſt, unter allen deinen verwunderlichen Eygenſchafften verwundert mich nichts mehrers / als ⸗

*Quòd nunquam ſenſerim*, daß ich niemahlen verſpühret habe. Sentire & corporis eſt & mentis. Quòd non adverterim, obſervârim &c.

*Tibi ſenectutem gravem eſſe*, locò: *Quòd tibi ſenectus gravis ſit.* Daß dir das Alter beſchwärlich ſeye. Gravis 1. eſt ponderis, ùt grave onus. 2. Eorum, quæ ægrè faciunt, ùt gravis morbus. 3. Ad mores transfertur, & levitati opponitur; ùt vir gravis, ein angeſehener / ernſthaffter Mann. Sic item dicitur: leve onus. Leviter aliquid ferre, Juvenis levis.

*Quæ* (ſenectus) *pleriſque ſenibus* Welches den meiſten alten Dat. Incommodi.

*Sic odioſa eſt.* So verdrüßlich iſt. von *Odi*, odium ſignificat 1. Animi affectionem Haß / haſſen. 2. Ein Verdruß / Uberlaſt. Sic homo, res, ſermo odioſus, ein verdrüßlich / abgeſchmach / wider⸗wärdiger / überläſtiger Menſch. odium hominis.

*Ut dicant* daß ſie ſagen *ut poſt ſic.*

*Onus ſe ſuſtinere* Daß ſie einen Laſt ertragen / *quòd* onus ſuſtineant. Poſt verba ajo, dico &c. Germani *quòd*, daß omittunt, & conjunctivô utuntur: v. g. Dixit ſe domi futurum. Er hat geſagt (daß) er werde zu Hauß ſeyn.

*Suſtinere* von *ſub* und - teneo. Cœlum ſuſtinet Hercules. Suſtinere hoſtem den Feind auffhalten. ſuſtinere vitam das Leben unterhalten. ſuſtentatio Unterhaltung / Verköſtung.

*Ætnâ graviùs* ſchwerer als der Berg Ætna. Quòd gravius ſit, ein Laſt / der da ſchwerer ſeye als der Berg Ætna. Omiſſum *qui*. Ablat. Comparativi.

*Periodus tota germanicè collocata.* Ich pflege mich mein Cato mit C. Lælio offtmahlen ſowohl über deine fürtreffliche und außgemachte wiſſenſchafft übriger Dingen / als über das zu verwundern / daß ich niemahlen gemerckt / daß dir das hohe Alter beſchwärlich wäre: welches den mehriſten Alten ſo verdrüßlich iſt / daß ſie ſagen / ſie ertragen einen ſchwäreren Laſt / als der Berg Ætna.

*Latinitas.* Nihil eſt in hac periodo ſingulare, niſi perſonæ Cato, Scipio, Lælius, de quibus habes in præfatione.

*Mores.* Nec de his quidquam notandum.

*Examen, repetitio vel concertatio.* Nec hujus quidem magna materia. Quæri tamen poſſet, quæ propria, quæ aliena ſit notio vocum *ſapio? ſentio? gravis? odioſus? ſuſtineo, &c.*

## *Paradigma* II

C*Ato. Rem haud ſanè difficilem &c.* Contextus hic brevibûs quatuor periodis conſtat, quibûs nulla translocatione, aut reſolutione opus, cùm alioquin ſatis ſint intelligibiles.

1. *Argumentum.* Cato gibt Scipioni und Lælio zur

Ant-

Antwort ſie hätten ſich deſſen gar nicht zu bewunderen/ funde auch an ſeinen erlebten Alter gar kein Beſchwärnuß. Dann (ſagt er) der die wahre Glückſeeligkeit/ nicht auſſer/ ſondern inner ſich ſelbſt; nicht in äuſſerlichen Glücks-Güttern/ ſondern in Tugend und Weißheit/ die mir kein Unglück benehmen kan/ beſtellet/ dieſer haltet nichts für beſchwärlich/ was der allgemeine Lauff der Natur mit ſich bringt. Der aber an ſich ſelber nichts Guts hat/ und nur von äuſſerlichen lebt/ dem muß ein jedes Alter beſchwärlich ſeyn. Nun iſt das Alter eine Sach/ ſo alle wünſchen/ und nachdem ſie es erreicht/ beklagen. Welches dan ein groſſe Unvernunfft/ und Unbeſtändigkeit/ andeutet In eandem Paraphraſim etiam latinè exponetur, ſi videbitur.

2. *Explanatio. Rem haud ſanè difficilem admirari videmini.* Es ſcheinet/ daß ihr euch über eine nicht beſonders harte Sach verwundert. *Locò: quòd admiremini.* ob'. 17.

*Haud* pro: *non. ſanè.* Hoc adverbium Latinis perfrequens ſignificat 1. *Verè, profectò,* fürwahr/ warlich/ ſicherlich. Id ſanè moleſtè tuli. 2. *Valdè,* ſehr/ beſonders. Res ſanè difficilis.

*Difficilem* â facilis. Facio. thunlich/ unthunlich. Idem quod hart und leicht.

*Admirari videmini.* Videor. Es ſcheinet/ ich meyne/ halte darfür/ bin der Meynung/ hat das Anſehen ꝛc. Doctrina hujus verbi repetatur.

*Quibus enim nihil opis eſt in ſeipſis, ad beatè vivendum. Sum* pro *habeo.* Qui nihil opis habent. Welche an ihnen ſelbſt keinen Behülff haben/ glückſeelig zu leben. Felicitatem quidam ponunt in ſeipſis, id eſt virtute & ſcientiâ, quam ipſi ſibi parere, adimere nemo poteſt; alii in divitiis, forma, honore, quæ extima bona ſunt, nec â nobis pendentia.

*Nihil opis.* Keine Hülff. Adverbia ſubſtantivè adhibita Genitivum volunt. Opis, opem, ope.

De-

Defectivum ab antiq. Nom. *Ops.* ſign. 1. Facultas, vires, Macht / Vermögen. Juvabo te pro viribus. 2. Auxilium Hülff.

*In ſe ipſis* An / oder von ihnen ſelbſt. Die an ihnen ſelbſt nichts Guts ſeynd / und haben; ſich ſelbſt nicht helffen wollen.

*Ad benè beatéque vivendum* wohl und glückſeelig zu leben. vel umb wohl zu leben. locò: ad beatam vitam. Gerund. in dum.

*Iis omnibus ætas gravis eſt*, Jenen iſt jedes Alter beſchwärlich. Id eſt juvenilis, virilis. Qui enim virtute caret & ſcientiâ, ejus opes omnibus fortunæ caſibus & injuriis obnoxiæ ſunt.

*Qui autem omnia bona â ſeipſi petunt.* Welche aber alles Gutes (obſ. 26.) an und in ihnen ſelbſt ſuchen. *Peto* ſignif. 1. ab aliquo: begehren 2. Quærere, parare. v. g. conſilium â ſe ipſo petere. Petere ſalutem fugâ. Unde cibum petemus? 3. Petere Indiam. *Proficiſci.* 4. Petere calumniis, telô. auff einen loßgehen / anfechten.

*A ſe ipſi.* Nemo autem virtutem aut ſcientiam nobis comparare poteſt, quàm nos ipſi. Opes donô, furtô, hæreditate &c. obvenire poſſunt.

*Iis nihil poteſt malum videri.* Jenen kan nichts als übl vorkommen.

*Quod naturæ neceſſitas afferat.* Was die Nothwendigkeit der Natur mit ſich bringt. Hoc eſt man kan nichts für übl halten / was natürlicher Weiß unvermeidentlich / allen Menſchen gemein / und von GOtt dem Urheber der Natur alſo verordnet.

*Natura* â naſcor q. naſcitura. *Neceſſitas* â neceſsè. *Afferat* modus Potent. locò *afferat*.

*Quô in genere eſt imprimis ſenectus.* Dergleichen beſonders das hohe Alter iſt. *Hujus generis* dergleichen / dieſer Gattung. Senſus eſt: unter ſolchen natürlich-unvermeydentlichen Dingen iſt beſonders das hohe

Al-

Alter / welches auff das Männliche / wie dieſes auff das Jünglings Alter nothwendig folgen muß.

*Quam omnes optant*, welches alle wünſchen.

*Ut adipiſcantur*. Daß ſie es erreichen / erlangen.

*Ut* poſt verba petendi. Adipiſcor ab antiq. apio, is, ere, *apiſcor*, aptus ſum. Idem eſt ac connexus, alligatus, cohærens, aneinander gebunden/ zuſamhaltend. ꝛc. ùt cœli undique inter ſe apti ſunt, id eſt, conjuncti, connexi.

*Eandem accuſant adepti*. Und beklagens / nachdem ſie es erreicht haben. Poſtquam adepti ſunt obſ. 8. Accuſo â cauſa &c.

*Tanta eſt ſtultitia*, So groß iſt die Unbeſonnenheit/ Stultus â ſtupeo, ſtupidus, vel â ſtolone. Id eſt: imprudens, incautus. Aliud eſt inſania, inſanus, amens, mente motus, furioſus, unſinnig / närriſch. Nec unum pro alio uſurpari poteſt.

*Inconſtantia* â conſto. Aenderlichkeit.

*Perverſitas* â verto Verkherung. Improbitas. Mens perverſa. Oculus perverſus ſchlim / boßhafft.

*Latinitatis* nihil hìc ſingulare, nec *Eruditionis*.

*Verſio Germanica ad verbum*. Es ſcheinet / daß ihr euch über eine nicht beſonders harte Sach verwundert. Dan jene Leuth/ ſo an und von ihnen ſelbſt keine Beyhülff haben / glückſeelig zu leben / denen iſt jedes Alter beſchwärlich. Die aber alles Gutes in ſich ſelber ſuchen und beſtellen/ denen kommt nichts als ſchlim vor / daß da die Nothwendigkeit der Natur mit ſich bringt / darunter haubtſächlich das hohe Alter iſt; welches alle wünſchen zu erreichen / und nachdem ſie es erreicht beklagen. So groß iſt dero Unvernunfft/ Unbeſtand und Verkehrung

*Examen, repetitio. Videor* ùt ſtruitur? *ſanè* quid ſignificat? *Opis* quos caſus? quæ derivata? *Natura* unde? *Adipiſcor* unde? *Stultitia* an idem cum amentia? &c.

*Pa-*

## Paradigma III.

REpetitio heſternæ Prælectionis, vel Examen, vel Concertatio.

*Obrepere eam ajunt citiùs, quàm putâſſent &c.*

1. *Argumentum* vernaculè vel Latinè. Es beklagen ſich die unvernünfftige Alte/ daß ihnen das Alter geſchwinder über den Halß kommen/ als ſie vermeynt hatten. Denen aber zu antworten / Erſtens: Wer hat ſie dann gezwungen / daß ſie ihnen ein ſo augenſcheinlich-falſche Sach in den Kopff geſetzt. Andertens niemand klagt / daß er gar zu geſchwind / auß dem Kinds- in das Knaben-Alter / oder von dieſer in das Jünglings oder von dem in das Manns Alter verfallen/ warumb ſoll man dann klagen / daß nach dem Manns- das hohe Alter gar zu geſchwind hergeeylet? und geſetzt / daß einer acht hundert Jahr gelebt hätte/ wurde ihm diß ſo beſchwärlich fallen / als einen / der nur 80. erlebt hätte. Dann die verfloſſene obwohl lange Jahrs-Zeiten / mögen einen aberwitzigen Alten wenig oder keinen Troſt bringen. Das verfloſſene iſt verfloſſen / und nicht zuruck zu ziehen.

2. *Explanatio. Obrepere ajunt citiùs, quàm putaviſſent.* Ajunt, *quòd obrepat.* Sie ſagen / daß es (das Alter) geſchwinder hereinſchleiche/ als ſie vermeynt hatten. vel ſie ſagen / es ſchleiche geſchwinder herein. obſ. 33.

*Ajunt* Ajo, puto &c. Infinitivum petunt.

*Obrepere.* repere, adrepere, irrepere dicuntur, quorum tacita appropinquatio non ità ſentitur.

*Quàm putaviſſent.* Puto tres habet ſignific. 1. Opinari; credere, conjicere, colligere, vermeynen / darfür halten / der Meynung ſeyn. 2. Putare vitem, die die Reben ſtutzen / ſchneiden. 3. Putare rationes Rechnung machen / überſetzen.

*Primùm quis coëgit eos falſum putare?* Antworte.

Er-

Erſtens wer hat ſie gezwungen falſches zu glauben? Cogo von ago, egi treiben/ coactio, coactor &c.

*Quî enim citiùs adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit?* Dan wie ſolle das hohe Alter geſchwinder nach dem Jünglings-Alter/ als dieſes nach dem Knaben-Alter hereinſchleichen? Senſus eſt: ſi queri poſſunt ſenes, poterunt & adoleſcentes, quòd virilis ætas ipſis nimis citò ſupervenerit. Videtur hic Cicero tres tantùm ætates diſtinguere, ſenilem, adoleſcentiæ, pueritiæ omiſſa virili. Quamquam adoleſcentiæ nomen videatur repugnare, nam eſt ab *oleſco*, creſco. Dicuntur enim & animi & corporis vires creſcere ad annum 40. conſiſtere ad 60. altero deficere poſt 60.

*Deindè quî minùs gravis eſſet eis ſenectus?* Hernach/ wie könte ihnen das Alter minder beſchwärlich ſeyn? *Quî* pro quomodo.

*Si octingenteſimum annum agerent, quàm ſi octogeſimum?* Wann ſie acht Hundert oder achtzig Jahr alt wären. Senſus eſt. ſi octingenteſimus annus eſſet vitæ humanæ terminus, ſtolido ſeni ſenium ſuum perinde moleſtum eſſet, ac nunc poſt octoginta videtur. Ago annum decimum, Phraſis eſt latina: Ich gehe in das zehende Jahr. Eo in decimum annum *Barbariſmus.*

*Præterita ætas quamvis longa*, dan die verfloſſene obwohlen lange Zeit (obſ. 23.)

*Cùm effluxiſſet.* Nachdẽ ſie wurde verfloſſen ſeyn. Tempus flumini comparatur, cujus unda non reditura, undam non redituram trudit.

*Nulla conſolatione demulcere poſſet ſtultam ſenectutem.* Könte ein tölpiſch Alter mit keiner Tröſtung erquicken. Locò; ſtultum ſenem. Conſolatio â ſolor: Solatium &c. *Demulcere* ſtreichlen/ ſchmeichlen/ liebkoſen/ ſchön thun. Volucres concentibus aëra mulcent.

*Examen, repetitio.* Mors opinione citiùs obrepit? Einen tröſten? rc. Conſolatione demulcere, locò. conſolari; Er gehet in das zehende Jahr.

Col-

Collocatio germanica nihil hic difficultatis habet, & ſatis patet è-dictis.

## *Paradigma* IV.

*Repetitio* Prælectionis heſternæ.

*QUocircà ſi ſapientiam meam admirari. &c.*

1. *Argumentum.* Ein klug und verſtändiger Alter tröſtet ſich ſelber / gar wohl erkennend / man müſſe der Natur als der getreueſten Führerin glatter Dings folgen / oder beſſer zu reden GOtt dem Urheber der Natur in allen gehorchen. Cato vergleicht unſer menſchlich Leben einer von GOtt ordentlich abgetheilt- und angeordneten Comœdi: und ſeye nicht zu glauben / daß / indem er die übrige Theil ſo zierlich veranſtaltet / auff den letzten Act werde vergeſſen haben. Und iſt es der Natur gemäß / daß gleichwie er den Baum und Erd-Feuchten ein gewiſſes Ziel zu ihrer Zeitigung geſetzet / alſo auch im menſchlichen Lebens-Alter etwas das letzte und gleichſam baufällig ſeye. Der ſich nun in dieſe Verordnung nicht ſchicken / oder ſich darwider ſetzen wolte / thäte ſo müßlich / als die Riſen / da ſie die Götter ſelbſt ſtürmen wolten.

2. *Explanatio. Quocircà ſi ſapientiam meam admirari ſoletis.* Darumben dann / wann ihr euch über meine Weißheit zu verwundern pfleget / *Quocircà* Particula illativa ex argumento præcedente.

*(Quæ utinam digna eſſet ſapientiâ veſtrâ, meóque cognomine)* Welche ich wünſchete / daß ſie euerer Weißheit / und meines Bey-Nahmens werth wäre. Senſus eſt: optarem, ut mea, quam extollitis ſapientia vobis tam ſapientibus viris, & meo *ſapientis* â plebe Romana tributo cognomini reſponderet. *Cato* enim vulgò *ſapiens* audiebat. *Dignus* cum Ablativo.

*In hoc ſumus ſapientes.* So ſeynd wir in deme weiß. So erweiſen wir unſre Weißheit indem / daß ꝛc.

*Quòd naturam optimam ducem, tanquam Deum ſequimur,*

*quimur*. Weil wir der Natur/ einer beſten Führerin/ als GOtt ſelbſten folgen, *Quòd* pro *quia* (obſer. 29.) *naturam* Accuſ. verbi Sequor.

*Eique paremus*. Und ihr gehorchen â pareo. Verba *obediendi* Dativum habent. *Tanquam Deo*, qui utì author, ità Gubernator Rectórque eſt totius Naturæ.

*A quo non veroſimile eſt, extremum actum neglectum* (obſ. 16.) quòd extremus actus ſit neglectus. *A quo* von deme (obſ. 28.) nicht wahrſcheinlich iſt/ daß von ihme der letzte Act verabſaumet ſeye worden.

*Tanquam ab inerte Poëta*, als von einem ungeſchickten Comœdi Steller. *Iners* ſinè arte *Poëta*, cujus præcipuum opus eſt, Comœdia aut Tragœdia, verſibûs conſcripta.

*Extremum actum eſſe neglectum*. Eine Comœdie wird gemeiniglich in fünff Vorſtellungen eingetheilt. Wie unſer Leben in das Kinds. Knaben-Jünglings-Manns- und hohe Alter. Der letzte Act ſolle der beſte ſeyn/ darinn ein kluger Poët allen Kräfften auffbietet/ ſolchen am beſten einzuordnen.

*Cùm cæteræ partes bene deſcriptæ ſint*. Indem die andere Theil ſowohl eingetheilt ſeynd.

*Deſcribo*. 1. Abſchreiben deſcribere librum. 2. Partiri, dividere, diſponere, diſtribuere. Eintheilen/ anordnen/ einrichten. v. g. In ſingulos dena jugera deſcripſit. Senſus eſt: Cùm Deus adeò ſapienter infantilem, puerilem &c. ætatem ordinârit, ut nemo queri poſſit, an ſenium ità ab eo deſtitutum, malè ordinatum putabimus, ut jure quis queratur?

*Sed tamen neceſſè fuit*. Doch iſt nöthig geweſen. *eſſe aliquid extremum*. *locò* ut aliquid extremum ſit. daß eines/ das letzte wäre (obſ. 17.)

*Et tanquam in baccis arborum, terræque frugibus vietum*. Und gleichwie in den Baum- und Erd-Früchten welch und fälliges. Similitudo deſumpta â plantis, ac

frugibus, quibus item â naturâ certus maturitatis terminus definitus eſt.

*Baccis.* propriè ein Beer / Beerlein / ùt ſunt olivæ, lauri, corni, juniperi &c. Cicero hic etiam pro *pomo* uſurpat, quod eſt generale vocabulum omnium fructiferarum arborum.

*Frugibus,*â fruor. unde frumentum, frugi &c.

*Aliquid vietum.* Etwas welch. â *vieo, es* binden / flechten. Hinc fortaſſe *vimen* virgultum flexile, ut ſalices viminales. *Vietor* Binder / qui lentîs viminibûs circulos ligat. Ità dicitur poma vieta, veſtis vieta, ſenex vietus, vietum ac molle ingenium.

*Et caducum* quod facilè cadit, fällig / ut matura poma ſponte decidunt.

*Maturitate tempeſtiva.* Wegen zeitlicher Reiffe. Nachdem ſie zeitig und genug außgekocht ſeynd.

*Maturo, as* Zeitigen. Translatè: Maturis moribûs Juvenis, ein geſcheuter/ manierlich-ſitſamer Knab *Tempeſtivus, a, um* das zu rechter Zeit geſchicht. Tempeſtivè ades. Du kombſt eben recht. Tempeſtivitas Bequemlichkeit der Zeit.

*Quod ferendum eſt molliter ſapienti.* locò: quod ſapiens molliter ferre debet. Welches ein weiſer oder verſtändiger Mann leichtlich ertragen ſoll. Graviter, ægrè, moleſtè, gravatè aliquid ferre. Etwas hart / beſchwärt/ unwillig ertragen/ empfinden / nehmen. Contra: Leviter, molliter, moderatè, haud gravatè; haud moleſtè ferre. Eine Unbild leicht ertragen / ſich zu etwas bequemen / in einer Sach keine Beſchwärnuß finden.

*Quid enim aliud eſt, gigantum more bellare cum Diis?* Dann was iſt mit den Göttern ſtreiten wollen / anderes / als der Natur widerſtreben. *enim* cauſalis Particula rationem reddit, cur ſenium leviter ferendum. *Gigantum more* nach Arth deren Riſen (obſ. 22.) *cum Diis bellare*, â bellum, bellicoſus &c.

Quàm

*Quàm naturæ repugnare.* Repugnandi verba cum Dativo. â pugno, â pugnus. ſenſus eſt, qui legi naturæ ab ipſo ejus conditore Deo fixæ ac deſcriptæ ſe opponit, idem facit, atque ſi Deo bellum indiceret. Quò quid ſtultius?

3. *Eruditio.* Fabula gigantum alioquin eſt Nota. Aliquid de Comœdia.

*Examen, repetitio.* Quid regit *ſequor? pareo? regno?* quid Germanicè *veroſimilis?* quid *iners* & unde? quid *fruges* & unde? quid *vietum* & unde? quid *tempeſtivus?* Quid molliter, graviter ferre? quid propriè baccæ?

*Collocatio Germanica ad verbum.* Wann ihr nun meine Weißheit (welche ich wünſchete / eu rer Weißheit / und meines Zunahmens würdig und gewachſen zu ſeyn) zu bewunderen pfleget / ſo bin ich endlich in deme weiß / daß ich der Natur als der beſten Weeg-Weiſerin als GOtt ſelbſten folgen / und jenem gehorche / von dem nicht wahrſcheinlich iſt / als ſolte von ihm als einen unachtſamen Poëten der letzte Act oder Vorſtellung dieſer Comœdi obenhin eingerichtet worden ſeyn; indem die andere Theil ſo fein von ihme verordnet worden. Doch ware nöthig / daß etwas in unſeren Leben das letzte / und wie in den Baum- und Erd-Früchten auß vollkommener Zeitigung / welch und fälliges wäre. Welches ein Weiſer gantz gehalten und gerne ertragen ſoll. Dann wer ſich der Natur widerſetzet / thut nichts anderſt / als wan er nach Arth deren Giganten mit den Göttern ſtreiten wolte.

Non attinet plura exempla afferre, id ſolùm addo, cui Hieronymi Wolfii locupletiſſimi commentarii in Catonem, Lælium, ſomnium, de officiis &c. ad manum fuerint, nihil porrò deſideraturum.

Ex his obſervabis 1. ad hunc modum perparùm in ſchola per anni decurſum explicari poſſe, adeóque omni induſtriarum genere ſtimulandos diſcipulos, ut domi

item legant; mulctarum ſcholaſticarum frequentiſſima ſit aliquid è Cæſare vertere. Fuit qui ſingulis thematis, quæ domi fiunt, ex eodem Cæſare periodum unam adjici imperavit; alter qui Decurionibus poſt lectionum penſum, periodum ejusmodi explicari juſſit. Omninò ſpes adoleſcentis ſtudioſi in *legendo* ſita eſt; qui plus in Grammaticis ſcholis *legerit*, eminebit in Poëtica & Rhetorica.

*Obſerv.* 2. Poſſe aliquando ſeptenîs verſibûs plus explicari, ſi ſenſus ſit planus nihilque involutus, præſertim Semeſtrî alterô, ídque magis, ſi diſcipulos nactus fuerit, jam in Principiis vertendô Corneliô egregiè exercitatos.

*Obſerva* 3. Identidem repetendam doctrinam de Participiis. Gerundiis &c. Primô locô verò Ablativum abſolutum, de *videor*, & difficilioribus regulis Syntacticis, nec negligendas eſſe obſervationes *Manuductionis ad legendum.*

## IV. *De Scriptione ſeu Argumentis.*

### *Thematum Materia.*

Materia thematum ferè è libello Hiſtorico petenda videtur, non equidem perpetua â primo, ac continuata ad extremum, quod tædioſius eſt, ſed è locis illuſtrioribus. Quales ſunt v. g. bellum Punicum ſecundum: Macedonicum ſecundum: Jugurthinum: Punicum tertium: Mithridaticum: Pyraticum &c. aut nonnulla ſingularia v. g. 1. Scævola. 2. Cocles. 3. Coriolanus. 4. Poſthumius filii interfector. 5. Fabii ad Cremeram. 6. Veji capti. 7. Roma capta. 8. Camillus. 9. Decius. 10. Furcæ caudinæ. 11. Fabricii Integritas. 12. Pyrrhus. 13. Attilii Reguli fides Heroica. 14. Hannibal puer jurans. 15. Fames Saguntina. 16. Hannibal in alpibus. 17. Cannæ. 18. Fabius cunctator. 19. Hannibal Capuæ. 20. Tarentum proditum. 21. Scipio in Africa. 22. Mors Hannibalis.

nibalis. 23. Perſei calamitas. 24. Corinthus ardens. 25. Carthago diruta &c.

Quòd ſi cui hoc thematum genus minùs placeret, utiliſſimè tractare poſſit vitam Ciceronis ê *Maſenii* Palæſtra Romana, ab anno ejus ætatis trigeſimo u. c. ad 4010. vitæ ejus ultimum ſingulorum annorum memorabilia percurrendo. vel ritus Romani, ê *Nieuport* aut Cantelio, vel ê *Valerio Maximo* exempla virtutum Romana. Omninò, niſi aliquâ Romanæ eruditionis cognitione tinctus, in Claſſicorum lectione hæreat ac hallucinetur, neceſsè eſt.

## *Forma Scriptionis.*

SErvanda eſt Regula generalis: ne ſeptenîs verſibûs longius ſit thema, & *ad Præcepta Syntaxis, & imitationem Ciceronis*, ſeu alterius authoris *referatur*, nullúmque ſit adeò, cui non ê Syntactica vel authoris explicatione aliquid inſpergatur. In eam rem obſervanda ſunt quæpiam nec levis momenti.

1 *Ad textum germanicum nunquam dictanda ſunt ſignificata, quæ Phraſim latinam contineant.* Quare meritò exploderetur argumentum illius, qui ad verba: Ein ſehr altes Weib: Significata dictaret: *fæmina, ætas, nullus, poſt.* Quî enim puer ſciat, dicendum eſſe: *fæmina ætate nulli poſterior*, niſi id, aut huic ſimile, ê Phraſeologia, flore Latinitatis, vel explicatô authore didicerit, ê quo ſi quid immiſcendum erit, nulla ſignificata dictabuntur. Tales ineptiæ forent v. g.

GOtt ſtehe dir bey. Numen, Deus, tu, facio. *Dei Numen â te faciat.*

Sterben dies, ſuprà, obeo. *Diem ſupremum obire.*

Habe auff ihn achtung. Sarcio, tego, ſervo. *Illum mihi ſartum, tectúmque ſerva, Cic.*

Ich werde dir alles thuen. Genus, officium, deſidero. *Nullum officii genus deſiderabis.*

Livius ſchreibt. Memoria, prodo, relinquo. *Memoriæ proditum reliquit.*

Alle loben ihn. Laudo, conſentio. *Omnes in eo laudando conſentiunt.*

Ich hab dich ſehr lieb. Omnis, tu, cauſa, cupio. *Omnia tui causâ cupio.*

Einen willfahren. Aliquis, ſtudium, ſervio. *Alicujus ſtudiis ſervire.*

Sehen. Oculus, uſurpo. *Oculîs uſurpare.*

Das Verſprochene zahlen. Fides, libero. *Fidem liberare.*

Alles ware ungewiß. Suſpendo, ſum. *Omnia erant in ſuſpenſo.*

Närriſch werden. Status, mens, dejicio. *De ſtatu mentis dejici.*

Einem beyſtimmen. Pes, aliquis, ſententia, eo. *Pedibus in alicujus ſententiam ire.*

Er hat mich betrogen. Verbum, do. *Verba mihi dedit.*

Diß iſt mein Brauch nicht. Mos, abſum. *Hoc à meis moribus abeſt.*

2. *Contrà, ſi dictetur Phraſis ſeu Idiotiſmus germanicus, ſignificationes ejusmodi erunt dandæ, quæ rem quàm maximè propriè exprimant.* Ratio eſt. Cùm enim Phraſes ejusmodi iîsdem verbîs reddi nequeant, docendi ſunt Tyrones, quæ loquendi ratio Latina iis quàm proximè reſpondeat. v. g. Ridiculum ſit, Figuram facere Eine Figur machen. Itaque dictandum erit: oſtento, me effero. Sic

Auff etwas verpicht ſeyn. Deperire aliquid, perquàm avidum eſſe.

Er wird mit der Zeit abbeiſſen. Deferveſcet.

Ein Fußfall thuen. Genibus advolvi.

Füß machen Fugam capere.

Auff die Füß helffen. Erigere aliquem. Adjumento eſſe. Opitulari.

Einen auff die Fleiſchbanck liffern. In præſens periculum adducere.

Zu

Zu ſchaffen geben. Negotium faceſſere.

Einen gut machen. Placare, iram mitigare.

Einen böß machen. Concitare, irritare.

Einen Unterſchlauff geben. Tegere, fovere aliquem,

Sich ein Gewiſſen machen. Religioni ſibi ducere,

In ſich gehen Reſipiſco.

Abbruch thuen dem Feind. Carpere hoſtem, hoſti detrimentum afferre.

In die Haar fallen. Aggredi

An die Hand gehen. Adminiculari.

Einen bey der Naſen herumbziehen. Circumducere quem, ludibrio habere &c.

3. *In ambiguo eſt, an & quid utilitatis habeant ſignificata illa, quæ æquè commodè germanicè dictari queant, & æquivalentem ſenſum habent.* Ratio eſt. Latinam linguam docenti id ſpectandum maximè, ut diſcrimen illud, quô vernacula noſtra ab illa diſcedit plurimùm, uſu tandem, hoc eſt ſcriptione & lectione percipiant. Qui autem hoc diſcrimen magis animadvertant, ſi ad ſententiam: Ich lehre euch / dictem *diſco*, quàm *doceo?* Talia ſunt.

Einen außrichten. Maculam alicui inurere.

Einem ein Schandfleck anhängen.

Er verlanget Idem ac: Es kommt ihm eine Begierd an. Cupido eum inceſſit.

Einen beleydigen. Idem ac: Eines Gemüth von ſich abwenden. Animum ab aliquo abalienare.

Einen frey machen. Idem: Mit der Freyheit begaben. Libertate donare.

Er zörnet. Idem. Er wird von Zorn entzündet / Irâ inflammatur.

Ich bin in groſſer Gefahr. Idem. Ich bin mit groſſer Gefahr verwicklet. Implicor periculô.

Er hat uns den Handl verdorben / Idem: Er hat uns den Untergang zugebracht. Perniciem nobis acceſſivit.

Die Zeit macht groſſe änderung. Idem: Iſt groſ-

ſen Änderungen unterworffen. Tempus variis mutationibus eſt obnoxium.

Ich werde dir öffters ſchreiben / Idem: Im Schreiben werd ich dir nicht ermanglen. In ſcribendo non deero.

Er hat den Feind geſchlagen / Idem: Dem Feind eine Niederlag zugefügt. Cladem hoſti intulit.

Er kan kein Muſic. *Synon.* Er iſt der Muſic unerfahren. Muſicæ imperitus.

Geſcheider als andere: *Syn.* Ubertrifft andere in Klugheit. Prudentia alios, vel aliis antecellit.

Denen Vorelteren folgen / *Syn.* In die Fußſtapffen der Voreltern eintretten. In veſtigia Majorum, vel veſtigiis inſiſtere. &c. &c.

Hoc inquam ſignificatorum genus, quod perinde & iisdem verbîs, & eâdem Syntaxi germanicè efferri poteſt, ùt damnandum non exiſtimo, ſic an ad linguæ perfectionem multùm faciat, in ambiguo relinquo. Certum eſt, puerorum vulgo moleſtiæ ac moræ non parùm offerri, quibus ejusmodi vocum ſignificata germanica ſæpè in Dictionario quærenda erunt, ne deerrent in verſione. Inhumanum autem eſt, incertæ utilitatis labore, laboris alioquin impatientes divexare.

4. *Ea ſignificata cæteris præferenda videntur, quæ eandem cum germanica ſententiam ſervent, & Syntaxi ſolùm, ſeu caſuum regimine differant.* Ratio eſt. Hôc pactô optimè præparantur, cùm ad loquendum emendatè, tum puram, tersámque epiſtolam vel narrationem ſcribendam. Elegantia & copia magìs ê lectione, quàm thematis diſcenda eſt. Si vel in Syntaxi conſtructionem ad Syntaxis regulas, Participiorum, Gerundiorum, Ablativi abſoluti, Reciprocorum leges correctam ſinè mendis ſcripſerint diſcipuli, egregiè comparati ad Poëſim accedent. Talia verò ſignificata ſunt v. g.

Ein Ambt vertretten. Munere fungi.

Er hülfft / befilcht mir. Me juvat, jubet.

Uns

Uns allen lieget gar viel an deiner Geſundheit/ Noſtrâ omnium multùm intereſt te valere.

Er hat viel Reichthumen. Opibûs affluit.

Er thut mir ein Ehr an. Honore me proſequitur.

Mir manglet das Buch. Careo librô.

Mich ſchmertzet ſein Todt. Mortem ejus doleo.

Hat einen guten Kopff. Valet ingeniô.

Er iſt mir ein Laſt. Moleſtiæ mihi eſt.

Er klagt mich wegen eines Diebſtall. Furti me poſtulat.

Aller Sachen beraubt. Spoliatus rebûs omnibûs.

Er zörnet über mich. Mihi iraſcitur.

Du erbarmeſt mich. Miſeret me tui.

Du vergeſſeſt auff mich. Mei obliviſceris.

Vide diſcrimen hoc Germanicæ & Latinæ Syntaxis, in noſtris ad Alvari Syntaxin notis.

5. *Plurimùm themati immiſcenda ſunt, Participia, Gerundia, Ablativi abſoluti, omiſſa copula Et &c.* In his enim Germani difficultatem ſentimus maximam; hanc igitur ſuperâſſe plurimùm ad linguæ, quam profitemur, perfectionem conferet.

6. *Saltem in Syntaxi, ſaltem alternis themata ſinè Significatis dictanda videntur; iique præponendi, qui vernaculum ad Latinæ linguæ proprietatem meliùs expreſſerint.* Utì exceptâ noſtrâ, Bohemicâ, Bavaricâ Provinciîs, Societas ferè tota vel in Infima, in more habet. Quod tantò faciliùs erit apud diſcipulos Primitivorum, & Derivatorum ac Compoſitorum doctrinâ jam egregiè imbutos. Magno ad id adjumento foret P. Bayeri Dictionarium Germanico-Latinum; in quo id commodi, quòd verbi ejusdem ſignificata varia afferat v.g. Die Stadt iſt untergangen. Urbs periit, everſa eſt. Das Schiff iſt untergangen. Navis merſa eſt. Die Sonn iſt untergangen. Sol occidit.

## Paradigmata Thematum.

SUmatur v. g. Scævolæ factum argumentîs aliquot tractandum. Illiganda ſint verba Genitivum regentia, non omiſsìs, quod jam nunc dixi, Participiîs &c. cùm in his Latini ſermonìs, ùt â noſtro variat, vis maxima conſiſtat. Sit igitur Argumenti materia ruditer concepta:

Tarquinius ſuperbus, Româ ejectus, ut reditum armîs conficeret, fœderatos Hetruſcos ſibi adjunxit, quibuscum Romam oppugnatum ivit.

Innectenda ſint ex explicatione præcedenti v. g. *Accuſo*, *damno*, *abſolvo*, *crimen*, *alligo*, *capite plecto*. Ad hæc intexenda ſententia ſuperior additîs *adjunctîs*, *parî &c.* (ſecundùm artem quidlibet trahendi ad quodlibet) in hunc fortaſsè modum torqueri poterit.

Nachdem Tarquinius von Rom verjagt/ kame ihn in den Sinn/ ſich mit ſeinen Bunds-Genoſſenen Hetruriern/ nach Rom zu begeben/ ſolches mit Waffen zu übergewältigen. Wegen welcher That er billich von der gantzen Nachkommenſchafft eines greulichen Vatter-Mord zu beſchuldigen. Dann ſo ein Sohn/ welcher dem Vatter auff das Leben gegangen/ als eines der gröſten Laſtern zu verdammen/ zu tödten/ weder all erdencklicher Peynen zu befreyen iſt/ was ein viel gröſſere Unthat begehet der/ ſo nicht ſeine/ ſondern aller gemeiner Mutter auffzureiben ſuchet.

*Ejecto* Tarquinio in mentem venit, cum fœderatis Hetruſcis Romam petere, ad eam armis *ſubigendam*. Ob quod facinus meritò â tota poſteritate atrocis *parricidii accuſandus eſt*. Etenim ſi Filius Patris vitæ inſidiatus execrandô *crimine* damnandus, quin *capite* plectendus, nec diriſſimîs *tormentîs* abſolvendus eſt; quantò ſe graviore *ſcelere* alligat, non tam ſuam quàm omnium matrem communem perdere *moliens*.

II. *Materia rudis*. Scævola Patriam ad extrema redactam

dactam liberaturus, etſi amici, conſilii audaciam damnarent, Porſenam in ſuismet caſtris occidere conſtituit.

*Regulæ explicatæ v. g. Non temerè &c. damnare voti, admoneo.*

Weilen Scævolam einen adelichen Römer ſein betrangtes Vatterland / ſo ſich bald wurde ergeben müſſen / ſehr erbarmete / faſſet er den Entſchluß den feindlichen König Porſenam in ſeinen ſelbſteigenen Lager zu ermorden. Zu einer ſo kecken That / hat ihn nicht allein niemand ermahnet / ſondern die meiſten Freund beſtrafften ihn wegen ſolcher Keckheit. Nachdem er nun die Götter gebetten / ſie wolten ihn ſeiner Bitt gewehren / gienge er in Hetruriſcher Kleydung in ihr Lager / ſein Vorhaben zu bewerckſtelligen.

Scævola nobilis Romanus, afflictæ & mox *dedendæ* Patriæ *miſertus*, conſiliũ capit, hoſtium Regem Porſenam ſuismet in caſtris *occidendi*. *Facti* tam audacis non tantùm nemo eum admonuit, ſed amicorum plerique talem *temeritatem* reprehendebant. Deos itaque *precatus*, ut ſe *voti* damnarent, Hetruſcô habitu in caſtra abiît, conſilium *executurus*.

III. *Materia rudis.* In caſtris quempiam ſuperbiùs veſtitum conſpicatus, quia regem putabat, è veſtigio obtruncat.

*Regulæ. Commoneo de. Verba æſtimandi. Magnô,*

Als nun Scævola unerkannt in des Feindes Lager gekommen / und einen / ſo mit Silber und Gold gekleydet ware / erſehen / vermeynte er / dieſes wäre der König Porſena. Wie man dann offt auff einen Menſchen / nachdem er gekleydet / mehr oder weniger haltet. Es ware auch niemand / der ihm den Irrthumb benehmete. Darumb er dann den vermeynten König auff der Stell todt ſticht in Meynungen / er werde hiemit dem Krieg ein End machen.

Non agnitus Scævola, in hoſtium caſtra delatus, & quempiam præ cæteris ſplendidiùs veſtitum *conſpicatus*,

hunc

hunc regem eſſe exiſtimabat; uti ſæpè homo è meliore vel viliore habitu *pluris* aut *minoris* fit. Nemo item erat, â quô *de errore* commoneretur. Itaque putatum regem in veſtigio obtruncat, ratus ità ſe bello finem *impoſiturum*.

IV. Facinoris atrocitate obſtupefacti Hetruſci hominem comprehendunt, omni cruciatu enecandum. Ille verò ſe regem cæſum voluiſſe liberè confitetur.

*Regulæ. Genitivi nihili. Sum pro æſtimo. Æqui bonique conſulo.*

Die Hetrurier / welche ob ſo grauſamer That gantz erſtaunet / ergreiffen Scævolam, willens ihm all erdenckliche Peyn anzuthuen. Er aber bekennet freywillig / er ſeye ein Römer / gibt ſich des vorgenommenen Königs-Mordt ſelbſt ſchuldig / mit vermelden / er werde alles für gut / und bekant annehmen / was ſie immer mit ihme anheben wurden; Er achte ihre Peynung nicht ein Haar; und halte auch auff ſein eigen Leben nicht mehrers; diß allein bedaure er / daß er den König ſelbſt nicht auff die Haut gelegt; ſo lieb ſeye ihm ſein Vatterlandt.

*Obſtupefacti* Sceleris atrocitate Hetruſci comprehendunt hominem, cruciatibûs omnibûs *enecandum*. Ille ultrò ſe Romanum *faſſus*, attentatæ regiæ *cædis*, ſe ipſum condemnat, *inquiens: æqui* ſe *boníque* accepturum, quidquid de ipſo ſtatuere viſum fuerit; eorum ſe tormenta *nihili* facere; nec vitam propriam ſibi *pluris* eſſe; id dolere unum, regem â ſe non *occiſum*; *Tanti* â ſe Patriam fieri.

V. Ut nihil â ſe cruciatûs formidari oſtenderet, manum ardenti foculo imponit, dum caro ad oſſa deflueret. Regi confirmat, trecentos Romanos in ejus cædem conjuratos in caſtris latere.

*Regulæ.* Verba *dandi*, *committendi*. *Facio tibi fidem. compoſita ex ad* &c.

Damit er ſie nun glauben machte / er werde ſich an ihre Trohungen am geringſten Kehren / haltet er ſeine

lincke

lincke Hand ſo lang ob dem brennenden Kohl-Feuer/ biß das Fleiſch von den Peinen abronne / ohne ein Zeichen eines nicht zu ertragenden Schmertzen zugeben. Er verſichert dem König darbey / es ſtecken noch 300. Römiſche Jüngling in dem Lager / die ſich in ſeinen Mordt verſchworen / und ihr Leben weniger als ihr Vatterlandt liebten.

Ut verò *iis fidem faceret*, minas eorum ſe *minimi facere*, manum ardenti *foculo* committit tamdiu, dum caro ab oſſibus deflueret. Inde declarat regi: trecentos in ipſius caſtris *latere*, in ipſius cædem *conjuratos*, vitámque ſuam *bono* Patriæ poſthabentes.

VI. Hôc viſô Porſena Romanorum virtutem admirans ſimul & formidans, liberum dimittit, & obſidibûs imperatîs obſidionem ſolvit.

*Regulæ.* Compoſita ex *ad* &c. *Habeo fidem. Laudi dare.*

König Porſena hat dieſen behertzten Römer ſeine That nicht allein nicht übl genom̃ẽ/ſondern auch ihme zum Lob angerechnet. Obwohlen er ſeiner Redt von den 300. nicht allerdings glaubete / hat ihn doch dieſe Prob Römiſchen Muths in ſolche Forcht geſetzt / daß er darvor hielte / es wurde beſſer zu thuen ſeyn / ſich dieſes Kriegs zu entſchlagen / und die Waffen mit dem Frieden zuverwechslen. Darumben ſtellet er den Scævolam auff freyen Fuß / und nachdem er Geißln bekommen / hebt er die Belägerung unverrichter Dingen auff / und ziehet nach Hauß.

Porſena cordato adeò Romano facinus non tantùm *vitio* non dedit, ut etiam *laudi* verteret. Et quamvis ſermoni de trecentis *fidem* omninò non *haberet*, id tamen Romanæ fortitudinis ſpecimen tantum ei formidinis incuſſit, ut ſtatueret, meliùs *factu* fore, ſi bello ſubtraheret ſe, armíſque pacem *præferret*. Itaque *Scævolæ* libertatem donat; *obtentíſque* obſidibûs, obſidionem *rebûs infectîs* ſolvit.

*Delia.*

## Clelia.

INter obſides Clelia nobilis virgo tradita fuerat. Illa oblatô fortuitò equô Tyberim tranat, Romamque effugit. Fugitivam ſenatus, ne publicam fidem læderet, redire juſſit.

*Regulæ. Mutuo, jubeo, commodo, doceo, celo, &c.*

Unter andern Geiſßlen muſte auch Clelia eine adeliche Römiſche Jungfrau mitreiſen. Dieſe machte ihr kein Gewiſſen/ die Flucht zu ergreiffen. Entlehnet ein Pferd / auff welchem ſie über die reiſſende Tyber entrinnet auß Hoffnung / die Hetr rier werden ihre Flucht nicht wahrnehmen. Nachdem der Rath zu Rom die Sach erfahren / befohle er alſobald / daß ſie wieder zuruck kehre. Welches Exempel denen Fürſten jene heylſame Lehr vor Augen haltet / daß man geſchworne Treu umb keine Nutzbarkeit halber brechen ſolle.

Alias inter obſides Cleliæ nobili virgini proficiſcendum fuit. Ea ſibi nequaquam religioni duxit fugere. *Commodatò* accipit equum, eóque, Tyberi *tranatô*, Romam evadit, *ſperans* Hetruſcos ſuam fugam celatum iri. Senatus re *compertâ* illicò eam reverti juſſit. Quod exemplum Principes ſaluberrimum *illud dogma* docere poteſt: juratam fidem nullius utilitatis cauſa *violandam*.

In pauculis his paradigmatis obſerva. 1ò. Ad hanc formulam thema quodvis per omnes Syntaxis totius regulas torqueri, flectique; atque adeò in principio anni argumenta omnia præ-componi poſſe, ut claſſici per otium legendi copia ſit.

*Obſ.* 2*dò*. Argumenta ità erotundata ex tempore effundi non poſſe, ſed meditatione aliquâ, labore, & exercitatione paranda. 3. Plus aliquantò laboris eſſe, ſi, quod oportet, Phraſes item ex authoritate explanatæ dictatæque admiſcendæ ſint.

4ò. Ubique præter Regulas Syntacticas Ablativum abſolu-

ſolutum Participia, Gerundia, *debeo, quòd, relat. omiſſum* &c. inſpergi, quod omittendum eſt nunquam.

## III. *Explanatio Præceptorum.*

EXplananda eſt annô totô ſemel, ac iterùm *Syntaxis Alvari*, nec aliud; Niſi quòd quindecim ſaltem explanationes Syntaxi ornatæ dandæ erunt. Quare intrà 119. Commodè ſemel, ac ſecundò explicari poterit, eâ, quam Magiſtrorum regula habet Methodô, nempè ut 1. per unum, aut plures diſcipulorum nec præmonitos, quò omnes parati veniant, repetitio fiat heſternæ; vel inter ſe concertent, hoc eſt, conſtructiones domi paratas æmulo proponant. Deinde 2. ut nova, nec plus unâ regulâ explicetur; (Intellige cum Appendicibus) niſi fortè plures ſint, aut ità difficiles, ut diutiùs inhærendum ſit. 3. Ipſa explanatio in eô conſiſtat, ut aliîs aliisque verbis ad captum exponatur, diverſitas â germanicâ Syntaxi indigitetur, tum verò plurimîs exemplîs illuſtretur. 4. *Ad* attentionem ſervandam identidem examine miſceatur. Repetenda ea, quæ ſuprà de explanatione Authoris generatim dicta ſunt.

Explananda item ſunt ex *ornatâ Syntaxi* prima tria capita, idque Semeſtrî alterô, poſtquam jam Syntaxis tota primò explicata fuerit. In hâc tamen nequaquam ea accuratio adhibenda, ut in regularum prælectione; nec id petendum, ut latinæ linguæ proprietatem & elegantiam exhauriant pueri, quis enim id ab eâ ætate exigat? Eò igitur unicè collimandum, ut vel Mediocres intelligant, aliud eſſet latinîs quidem verbîs loqui, ut intelligâris; aliud latinè, hoc eſt *propriè*, quin & eleganter loqui, ac ſcribere; ut agnoſcant inquam vitia vulgaria, eáque devitandi rationem, ac dubitare denique diſcant: Melioribus autem Scholæ via commonſtretur, per reliquas ſcholas eunda; ſeu idæa rudis imprimatur deinceps reliquâ ætatè perpoliendа. Hunc ſinem ſi Magiſter ſibi propoſuerit, ſuosque ingenioſiores ſtimulaverit, ut in ſcholâ delibata, domi ple-

pleniùs proſequantur, quindecim has explanationes haud inutiliter collocaverit.

Explanationum paradigmata adjicienda non putavi, cùm alioquin in Notis noſtris cuivis regulæ ſubjectis ſatis adjumenti habeat Magiſter, nec alii inſuper commentatores operoſius accerſendi. Penſa verò quotidiana in hunc ferè typum dividi poterunt.

1. *die.* Verbum perſonale. 2. Appendix 2da. 3. Nomina adjectiva. 4. Adjectivum plurale. 5. App. 2da. 6. Relativum. 7. Quantus qualis. 8. Subſtant. continuata. 9. Verbum activum. 10. Verba *abſolvo.* 11. Etiam verba emendi. 12. Sum pro æſtimor. 13. Tertius ordo. 14. Quartus ordo. 15. Quintus ordo. 16. Dono, impertio, &c. 17. Sextus ordo. 18. Verbum paſſivum. 19. Primus ordo Neutrorum. 20. Etiam verbum perſonale. 21. Secundus ordo Neutrorum. 22. Sum modò dativum. 23. Quartus ordo Neutrorum. 24. Sum interdum. 25. Sextus ordo Neutrorum. 26. De verbo communi. 27. Secundus ordo deponentium. 28. Tertius ordo. 29. Sextus ordo. 30. Primus ordo Imperſ. 31. Tertius ordo Imperſ. 32. Quintus ordo Imperſ. 33. Propria pagorum. 34. Dativo ruri. 35. Motus ad locum. 36. Dativus communis. 37. Ablativus abſolutus. 38. Idem. 39. Idem. 40. Ablat. Inſtrum. 41. Ablat. exceſſus. 42. Verba infinita. 43. Gerundia. 44. Verbum participiale. 45. Participia. 46. Genit. poſt Nomen. 47. Partitiva. 48. Tam ſuperlativa. 49. Dativus poſt nomen. 50. Accuſativus poſt nomen. 51. &c. &c.

*Syntaxis ornata.* 1. Quid in linguarum. 2. Quî agnoſcet Tyro. 3. Quodnam eſt. 4. Quid ſententiæ. 5. Remotô Solæciſmô. 6. Multi ſunt. 7. Igitur Phraſibus. 8. Hanc in ſententiis. 9. De elegantia. 10. Quodnam adjumenti. 11. Quid elegantiæ. 12. 13. Quid de ſupprimendis. 13. Quid inde utilitatis? 14. Quod eſt poſtremum.

*IV. Hi-*

# IV. *Hiſtoria.*

PRæter ea, quæ de hac exercitatione generatim ſunt dicta, obſervandum eſt in hâc claſſe 1. Evitandum vulgarem ſcopulum, nec moroſiùs inhærendum, aut admodùm fatigandos pueros in primis duabus periodis, nempè infantiâ, ac pueritiâ Romæ, quin ne in adoleſcentia quidem, ut tantò meliùs grandiora illa virilis ætatis tractari, & imprimi poſſint.

2. Nec in hac, nec in Syntaxis ſcholâ tolerandum, minùs imperandum, ut latina utantur in enarrandâ Hiſtoriâ, cùm res hic potiùs ſpectanda ſit, & paucorum ſit, ſine Solæciſmis, aut multâ hæſitatione, continentem narrationem texere.

3. Ut inutile eſt Chronologiam præſertim in tribus primis periodis minutiùs exigere, ita Memoriales anni, ſeu Epochæ & majorum bellorum initia, ac fines diligentiſſimè inculcanda. Nec Geographia omninò negligenda, ſuadendúmque ut Költeri introductionem, libellum ſanè utiliſſimum ſibi ditiores comparent.

# V. *Academiæ.*

ACademiæ Publicæ habendæ videntur tres, duæ ex Hiſtoriâ; una ex Authore. Hiſtoricæ primæ, â Principio ad bellum Punicum 2dum. Hæ, ſimiléſque quæſtiones â P. Præfecto, Collegis Magiſtris, aut hoſpitibus proponi poſſunt. v. g.

Quando cæpit, deſiit, quot annorum fuit bellum Samniticum?

Quis annus, Romæ, Vejorum, Lylibæi capti?
Quæ belli Sardici cauſæ?
Quis Capitolium, Romámque ſervavit?
Quod primum navale prœlium Romanorum?
Alba longa â quô diruta, & cur?
Samnitico-Latini prœlii ad veſuvium eventus?
Cur Galli Romam invaſêre, ubi vicêre?

Quis Coriolanus, quis ejus exitus?
Belli Tarentini cauſæ quæ?
Quis Jupiter Stator & Feretrius?
Attilii Reguli victoria, clades quæ?
Cur pulſus Tarquinius ſuperbus?
Tres pugnæ cum Pyrrho, quô eventu?
Furcæ Caudinæ quid ſignificent?
Belli inſubrici cauſæ & eventus?
Belli Illyrici cauſæ & eventus?
Quid in obſidione vejente memorabile?
Quæ ſpolia opima, quis retulit?
Quale prœlium ad Ægates?
Quomodò Pyrrhus abalienavit Siculos?
Q. Fabii Magiſtri equitum diſcrimen?
Prœlium ad Sentinum quale?
Primi cum Latinis belli cauſæ?
Brutus cur Filios ipſe necavit?
Scævolæ quod factum & Cleliæ?
Quæ belli Samnitici cauſæ?
Quæ Punici primi proximæ & remotæ cauſæ?
Quæ fortuna & exitus Coriolani?
Tarpeja Arx unde nomen cœperit?

## *Complicatæ.*

*QUæ apparationes?* R. Quirini. Egeriæ. Caſtoris & Pollucis.

*Qui lacus celebres?* R. Regillenſis, Albanus, Vadimonis.

*Quæ apertè injuſta Rom. Bella?* R. Sardicum, Salentinum.

*Quis impius in Deos punitus?* R. Romulus Sylvius, Appius Claudius.

*Ubi pugnatum contrà ſerpentem?* R. ad Bragadam.

*Exempla fidelitatis?* R. Attilius Regulus, Fabricius.

*Quis pertinaciſſimus Deus?* R. Terminus.

*Quæ*

*Quæ acutiſſima Novacula?* R. Auguris, &c.
*Quotnam ſe devovêre?* R. Uterque Decius?
*Quis Torquatus?* quis *Corvinus?*
*Quis Parens filios cæcidit?* R. Brutus. Manlius?
*Quis à Fœmina cæſus?* R. Pyrrhus dejectu lapidis.
*Quot Conſules cæſi?* R. Brutus, Decius uterque, &c.
*Quoties Mari pugnatum á Romanis?* R. - -
*Quis Ludi Magiſter virgis cæſus á Diſcipulis?* R. -
*Quæ ſunt nomina collium Romanorum?* R. -
*Quoties clauſum Jani Templum?* &c. - -
*Quis Frater Sororem, quæ filia Patrem cæcidit?*

## VI. *Experimenta pro Præmiis.*

*Paradigma Argumenti nuper dictati.*

DEr Elteren Rath verachten / iſt für eine Thorheit zu halten. Dieſe hat Herennius der Jüngere theuer bezahlen müſſen / indem er vermeynte / er wurde mit Hindanſetzung des Vätterlichen Rath ſelbſten geſcheuth genug ſeyn. Dann nachdem er ihn befragte / was er mit dem in allweg geſchloſſenen Römiſchen Heer anfangen ſolle / hat ihm der Vatter geantwortet: ihme bedunckte / es wären entweder frey zuentlaſſen / oder auff den letzten Mann nider zu hauen. Weil er ſich aber geſcheuter als der Vatter zu ſeyn vermeynte / hat er ſich in das gröſte Elend geſtürtzt / alſo zwar / daß er ſich in das vorhin von denen Römern beförchtete Unglück geſtürtzet.

Seniorum conſiliis non *ſtare*, magnæ ſtultitiæ *vertendum* eſt. Hæc carô *veniit* Herennio Juniori, *exiſtimanti, fore*, ut *neglectô* paternô conſiliô unus ſibi ſatis saperet. Namque *Interroganti*, quid cum omnî viá *interclusô* Romanô exercitu agendum eſſet? reſpondit parens: ſibi aut omnes libertate *donandos*, aut internecione cædendos *videri*. Cùm verò ſe prudentiâ patri vel patrem *præſtare* arbitraretur,

cetur, peſſimè ſibi *conſuluit*, adeò quidem, ut eôdem, quod Romanis priùs *impendebat*, periculô ſe *implicuerit.*

## *Quæſtiones ex Præceptis.*

Mich gedunckt/ man hätte dich noch beſſer zum Latein anhalten ſollen. Videris mihi meliùs Latinitate informandus fuiſſe.

Ich glaub / es werde ihm auch noch das Brodt zu eſſen abgehen. Subolet mihi fore, ut etiam pane edendô egeat.

In fremdden Hauß hat man ſeine Züg zu verwahren. Alienæ domi ſuæ linguæ cavendum.

Ich halte mehr auff einen/ der ſich deß Zorns enthalt/ als der Städt beherrſchet. Pluris mihi eſt iræ temperans, quàm urbibus, in urbibus dominans.

Weilen du mich wegen eines falſchen Laſter angiebſt / ſtehet dir ein groſſe Straff bevor. Te, me falſi criminis, de crimine, in crimine accuſantem magna pœna manet.

Weil du mir ſehr lieb/ verdrüſſet mich dein Abweſenheit. Tui mihi amantiſſimi abſentiam indignor, vel abſentiæ, &c. &c.

## *Ex Hiſtoriâ.*

*Qui Reges capti?* R. Gentius f. 75. Perſeus f. 76. Jugurtha. f. 90. Syphax f. 67. Britomartes f. 53. Bituitus f. 87. Vercingetorix f. 102.

*Quæ urbes fame expugnatæ?* R. Saguntus, f. 57. Caſilinum 61. Capua 64. Numantia 85. Uxellodunum 103.

*Qui fratres diſcordes?* R. Amulius, Numitor, Romulus, Remus, Demetrius, Perſeus.

*Qui cognomina habent â victis populis?* R. P. Cornelius Scipio uterque Affricanus. L. Scipio Aſiaticus. 72. L. Mumius Achaicus. Metellus Balearicus. Metellus Numidicus. Metellus Macedonicus.

*Quoties Romani ſub jugum miſſi?* R. Ad Furcas Caudinas. 35. â Jugurthâ 89. Cimbris 90. &c.

# TYPUS CURSUS ANNUI
## *PRO*
## SCHOLA SYNTAXEOS.

*GRadus hujus Scholæ eſt abſolutæ Grammaticæ cognitio; ità enim recolit Syntaxin, ut addat omnia Scholia, ſeu Appendices, explicet Figuratam conſtructionem, & de arte metricâ ſeu Proſodiâ. Ita ad verbum Regula. Itaque licet â grammatica, quod ad lectiones, explanationes, ſcriptiones, haud multùm differat, non tamen abs re fuerit ſingulariter nonnulla adnotâſſe.*

### I. *Exercitatio Memoriæ, ſeu Lectionum penſum.*

EDiſcitur *Semeſtrî primô* Syntaxis tota, exceptîs Appendicibûs tertii generis & figuratâ, quæ explananda quidem ſunt, non item memoriæ tradenda. Penſum ejusmodi circiter eſſe poterit:

Primâ die, *manè:* Verbum Perſonale. *A meridie* verbum plurale. 2*â*. Nomina adjectiva. *A mer.* adjectivum plurale. 3*â*. Participia factus. *A m.* Relativum qui. 4*â*. Quod ſi inter. *A m.* Nominat. & verbum. 5*â*. Subſtantiva continuata. *A. m.* Secundus ordo activorum. 6*â*. Genitivus criminis. *A m.* Non temerè. 7*â*. verba æſtimandi. *A m.* Nauci pili. 8*â*. Hæc item verba. *A m.* Alia

ſunt verba. 9*â*. Habeo tibi fidem. *A m*. Dicimus etiam moneo. 10*â*. Erudio inſtituo *A m*. Quintus ordo acti-vorum, &c. Atque hoc dimenſô Syntaxis tota uſque ad Paſcha decurri, & cùm alioquin jam pars in principiis; to-ta,ídque ſecundò in Grammaticâ memorata ſit, concludi denique poterit.

*Semeſtrî altero* ediſcitur Proſodia, pars Grammaticæ ultima, uſque ad *de Pedibus*, ídque ſecundò, ac tertiò. Diſcetur autem plurimarum Provinciarum exemplô verſi-bûs comprehenſa, quorum memoria facilior, & remini-ſcentia eſt diuturnior. Si penſum fuerit manè ternorum, totidem â meridie verſuum, cùm nonniſi centum ſint, & quinquaginta aliquot, intrà dies 25. abſolventur. Si au-ctô deinceps penſô quaterni imperentur, erunt dies 18. ac totidem, ut ſub anni finem, & ſecundò repeti poſſint.

## *Lectiones acceſſoriæ.*

ACceſſoriæ ſunt *Hiſtoria*, & *Flos Latinitatis*. Hiſtoriæ penſum eſt ùt in aliis Scholis quæſtio una, ſeu paginæ facies dimidia. Hortandi autem ſunt diſcipuli, ut ſi quid aliud, Acta, & Chronologiam belli Civilis inter Cæſa-rem, & Pompejum, ídque jam áb annô U. C. 690. uſque ad 710. quàm accuratiſſimè comprehendant. Ex univer-ſâ orbis Hiſtoriâ nihil dignius, aut illuſtrius eſt, nihil quod non ad intelligendas ſolùm, ſed ſummâ cum voluptate le-gendas Tullii epiſtolas, & orationes plùs luminis afferret, quæ lectio contrà hujus Hiſtoriæ ignaris difficilis, impedi-ta eſt, & inamœna. Flos Latinitatis ubi deſitum eſt in grammaticâ, & eôdem penſô continuatur.

## II. *Explanatio Authoris.*

AUthores in hâc claſſe prælegendi ſunt *Cicero* de officiis, & ex his primum caput imprimis, uſque ad Nume-rum 41. Doctrinîs moralibûs, huic etiam ætati conveni-entibûs refertum. Epiſtolæ 1a. 2a. 4. 6. 7. perelegantes ſunt,

ſunt, & ad intelligendâs aliquot orationes ſerviunt: pulcherrima eſt prælonga illa ad Q: Fratrem, ac ideò, niſi in Schola prælegatur, privatæ Diſcipulorum diligentiæ commendanda. Floridior *Curtii* dictio, & Poëticum quid ſpirans, Juvenibus admodùm jucunda eſt, quibus adeò facilè perſuadebitur, ut quod publicè explanari nequit, privatim expleant, ac duos ſaltem è - - ejus libris probè intelligere ſtudeant. Præter hos explanandæ item erunt Elegiæ *Ovidii* tres fortaſsè aut quatuor, velut ad proritandum tali promulſide Poëticæ guſtatum.

In has prælectiones annus 134. dierum totus, in hunc ferè modum dividi poſſit, ut Ciceronis *officia* dies occupent 34.; *Epiſtolæ* 30.; *Curtius* 60. *Ovidius* 10.; quamquàm ob breviorem, diebûs Canicularibûs Scholam nonnihil de hoc typo diminui oportebit. Minutim verò in hunc modum partiri licebit.

*De officiis.* 1. die: duplex eſt animorum. 2. Nam qui appetitus. 3. Neque enim. 4. Duplex omninò. 5. Sed pertinet. 6. Ex quô intelligitur. 7. Intelligendum etiam eſt. 8. Erat in L. Craſſô. 9. In quo genere &c. & ſic deinceps ad diem 34. *Ex Epiſtolis* die 35. ex primâ: mi Frater. 36. Quare peccavi. 37. Quid? quod. 38. Primùm enim. 39. Sed iſta qualia. 40. Quare quæ ad me. 41. Illud caveto &c. & ſic uſque ad diem 64. Ex Curtiô die 65. Inter hæc Alexander. 66. Alexander quidem. 67. Cæterùm Dario. 68. Alexander urbe. 69. Quum deinde Darium. 70. At Darius &c. & ſic uſque ad diem 122. *Ovidii* Elegia ad anni finem.

*Formam* hujus explanationis in regulis; P. Juventii exemplô; & grammaticæ Paradigmatis ſatis illuſtratam habes, quibus adeò addendum nihil eſt, niſi ut ſuadeat diſcipulis, integrùm ſibi Curtium, Ovidium, Ciceronem de officiis, & epiſtolas ad Atticum comparent, hunc eſſe verum gradum ad Parnaſſum, hanc præparationem optimam ad humanitatis claſſem, ſi vel in grammaticâ permulta legerint.

## III. *Explanatio Præceptorum.*

PRæceptorum nomine veniunt 1. Syntaxis tota. 2. Proſodia uſque ad *de pedibus.* 3. Quartum caput è Syntaxi ornatâ, quamquam & priora tria capita repetenda forent. 4. Pars prior ex artę metricâ. Tempus ità dividitur, ut *primum Semeſtre* ſeu 67. dies circiter uni Syntaxi tribuantur, in cujus explanatione Appendices 3. generis, & figurata curatiùs tractentur, ac ea, quæ difficultatis aliquantò plus habent, ùt verba *Intereſt*, *videor*, *ablativus abſolutus*, *Reciproca.* &c.

*Semeſtri alterò*, alternîs diebûs *Proſodia* ac *ornata Syntaxis* explicabuntur, ità tamen, ut ſi alterutri plus aliquid dandum forent, Syntaxi potiùs tribuatur. Hîs abſolutîs, pars prima artis Metricæ, quæ de Syntacticis figuris eſt, annectetur, aut ſi quid dierum ſuperſit, Proſodiæ repetitioni impendatur. Hoc igitur Semeſtre ità partiri licebit, ut Proſodia dies 26. ornata Syntaxis 22. Ars Metrica 10. occupet, ídque hâc vel ſimili partitione.

| *Proſodia.* | *Syntaxis ornata.* |
| --- | --- |
| *Die* 66. Syllabæ fiunt. | 67. Caput I. |
| 68 Syllabæ quas temporib. | 69. Quæ voces apertè. |
| 70. Vocalis ante vocalem. | 71. Quid igitur eſt barbaris: |
| 72. Iter, chorea. - | 73. Igitur Phraſibus. |
| 74. Vocalis ante duas. | 75. Quid de Adagialibus? |
| 76. Vocalis brevis. - | 77. Quid ſcriptionis nomine. |
| 78. Præterita dyſsyllaba. | 79. Caput II. de elegantiâ. |
| 80. Supina duarum - | 81. Quodnam adjumenti. |
| 82. Supina in Tum. - - | 83. Multùm igitur intereſt. |
| 84. Derivata. - - | 85. Quid de ſupprimendis. |
| 86. Compoſita. - | 87. Quale ad elegantiam. |
| 88. ab, ad: - - | 89. Quid inde utilitatis? |
| 90. Pro præpoſitio. - | 91. Caput IV. de copiâ. |
| 92. Si prior pars. - | 93. Quomodò quærenda? |
| 94. O in græcis. - - | 95. Ut attributa. - |

| | |
|---|---|
| 96. A finita. - | 97. Non ſunt alii? - |
| 98. E finita. - - | 99. Quæ eſt ratio variandi? |
| 100. I finita. - | 101. variatur item. |
| 102. O. U. B. D. C. finita. | 103. Majorem varietatem. |
| 104. C. L. finita. - | 105. III. ùt variatur? - |
| 106. M. N. finita. - | 107. VI. Affectionē minuere. |
| 108. Er finita. - | 109. *Ars Metrica.* - |
| 110 As es finita. - - | 111. - - |
| 112. Is finita. - | 113. - - |
| 114. Os finita. - - | 115. - - - |
| 116. Us finita. - | 117. - - |

Cæterîs diebûs ars Metrica pertexitur, & Proſodia repetitur, quam ità percipere ſtudebunt, ut minimum pro Schola humanitatis relinquatur. *Forma* Explanationis præceptorum plana eſt alioquin, & ornata Syntaxis juxta ac ars Metrica exemplîs abundè illuſtratæ.

## IV. *Scriptio ſeu compoſitiones.*

MAteria Scriptionis itidem eſt Hiſtorica. Nullum autem thematum genus utilius fuerit, quàm vel Ciceronis vita, vel belli Civilis Pompejum inter ac Cæſarem cauſæ, initia, progreſſus ab annô U. C. 690. quô Conſul fuit Cicero, uſque ad ejus mortem A. 710. atque inde ad 723. Romani Imperii, & Auguſti Primum v. g.

1. Præter Pontificatum maximum nullum erat Reipublicæ munus niſi annuum. Equidem ſæpiùs conſulibus & Prætoribus forìs bellum gerentibus imperium prorogatum Pro-conſulum aut Pro - Prætorum nomine, verùm liberis populi ſuffragiis ea prorogatio dabatur.

2. C. Julio Cæſari poſt Conſulatum A. 693. geſtum populus bellum, & Provinciam Galliam inauditô exemplô in quinquennium decernit, gemente ſenatu, & futura proſpiciente.

3. Videbant enim honoris prorogatione viam ſterni ad libertatem evertendam, & tyrannidem Syllæ exemplô ſtabiliendi.

4 Nôrant ambitioſum Cæſaris ingenium, jam diu omni arte eadem molientis.

5. Nihilominus denique perlata eſt lex pernicioſiſſima. Nam primò Conſul Cæſar in conſulatu ſuô Agrariam á Gracchis, Druſis, Mario, aliìs fruſtra tentatam pertulit denique, & 20. millia civium egenorum in opimum Campaniæ agrum tranſtulit.

6. Tantô beneficiô excæcatæ plebi in tantis amoribus erat Cæſar, ut vel plura petenti nihil omnium denegatura fuiſſet.

7. Ut ne Senatus opponere ſe poſſet, ejus Principes ſibi callidiſſimè devinxit. Pompejus haud dubiè Princeps erat, Senatui, populóque longè chariſſimus, & ob res geſtas, & ingenii bonitatem longè maximæ Authoritatis.

8. Huncità ſibi devinxit Cæſar. Primò Juliam filiam ei deſpondet, quibus nuptiis ſapienter Cato pro dote fore Rempublicam præſagiit.

9. Præterea effecit, ut Pompejo item opulenta Hiſpaniæ Provincia in quinquennium decerneretur. Captô in hunc modum Pompejô fruſtrà deindè reluctatus eſt Senatus.

10. Primô hôc quinquenniô Cæſar Romam totam victoriîs, ac ſui famâ replevit, & ſpe totius Galliæ ſubjugandæ, tam formidatæ alias gentis.

11. Petit adeò quinquennium alterum, & impetrat aſtipulante & juvante Pompejo, cui interim Romæ ſinè æmulo dominari, & ſuâ Italiâ frui dulce.

12. Nondum elapſô quinquenniô, jam domitâ univerſâ galliâ, Conſulatum petit. Reſpondit Senatus, niſi exercitu ac Provinciâ dimiſſâ, non eſſe fas petere; ſi inermis, ac privatus Romam veniret, petitioni locum fore.

13. Ne-

13. Negat Cæſar ſe legiones dimiſſurum, niſi idem Pompejus faciat, ac Provincias Hiſpanicas dimittat.

14. Pompejus non minùs ambitioſus, cùm ſatis videret, ſi conſul denuò ille fieret, haud dubiè ſuperiorem fore, ambiguum ſe præbet ac difficilem.

15. Exiſtit igitur inter Pompeji ac Cæſaris amicos ingens in ſenatu controverſia, an utrique dimittendæ legiones, & Cæſari ac Reipublicæ gratificandum.

16. Vicêre Pompeji partes, & decretum â ſenatu, Cæſar, ni intra certam diem dimittat Provinciam, pro hoſte habendum.

17. Intercedunt Tribuni Caſſius, Antonius, ac denique Curio. Quorum interceſſione neglectâ denique lex perfertur.

18. Tribuni tumultuosè abeunt Româ in caſtra Cæſaris, queruntur jus ſacroſanctum violatum, ruentem alioquin impellunt. Tranſitur Rubico, jacitur alea, ardet Italia.

Cætera ex ipſo Cæſare pertexi poſſunt.

Epiſtolarum Ciceronis pars maxima, ad familiares & Atticum in hoc Argumento verſatur, nec adeò niſi præcognitá hâc Hiſtoriâ utiliter ſimul ac jucundè legentur. Idem eſt de orationibus, pro Ligario, Dejotaro, Marcello, Philippicis. Quare præ cæteris utilis erit thematum materia.

*Forma* ſcriptionis eadem erit, quæ in Grammaticâ, ſi ſignificata dictentur. Cùm verò dictatio iſthæc toti Societati, exceptâ noſtrâ, Bohemicâ, & germaniæ ſuperioris Provinciâ, etiam in infima planè inuſitata ſit, ſaltem in Syntaxi eâ ſuperſedendum videtur, ſibíque permittendi diſcipuli, quò promptior ſit latinitas ad humanitatis ſcholam mox tranſituris. Sed tum in corrigendis thematis ſolitô plus diligentiæ adhibendum erit.

Poſtquam ornata Syntaxis explicari cœpta fuerit, magnæ item utilitati forent themata ejuſdem regulis accomodata, ut ſi ê capite ſecundô dictaretur thema omninò barba-

barum, vel 2. Vulgare è Phraſeologiâ elegantius reddendum. 3. vel ope Participiorum, vel 4. omiſsîs Particulîs cauſalibûs, 5. vel ex flore Latinitatis ornandum. *Copiæ* exercitatio in eô eſt, 6. ut ſententia quæpiam ſæpiſſimè varianda detur, ac primùm ejus Synonima, tum Synonimorum Derivata, ac compoſita; ac denuò horum Synonima conquirantur; 7. Aliàs ſententia quæpiam per omnes nominis caſus. 8. Aliàs verbum per omnes modos varietur. 9. In aliô crebriores Particulæ conjunctivæ. 10. vel comparativus, vel ſuperlativus. 11. Aliud de virtutibus aut vitiis agat. 12. Vel affectione oriente, creſcente &c. Horum paradigmata etſi libellus ipſe ſuggerat, nonnulla tamen inſuper adjecero.

1. *Thema barbarum latinè vertendum.* Non poſſum intermittere, tibi charę condiſcipule ſignificare, quomodò mihi in meo itinere iverit. Quando â vobis abivi, flavit unus terribilis ventus, qui me ſtupendè infrigidavit. Quando veni ad hoſpitium, miſerrimam comeſtionem mihi dedêre. Etiam non potui habere ſomnum, quia ruſtici vinô pleni ſemper clamârunt, & porci in ſtabulis non dabant pacem. Itaque totus infirmus veni Viennam. Quando Medicus me vidit, dixit: amore Dei quomodò aſpicis? non es tam corporeus, quàm fuiſti. Et dedit mihi theriacam, & juſſit, quòd in lecto debeo manere, & vinum non bibere. Sum lætus, quòd mihi venam non permiſerit. Quando mihi permittunt, ſemper fit mihi màlè. &c.

2. *Thema primùm ſimplice ac vulgari latinitate vertendum, dein ex Phraſeologiâ elegantius reddendum.* Weil M. Manlius ſein Vatterlandt / und das Capitolium erhalten / hat er ſich ſehr übernommen / und darfürgehalten / er werde nicht genug geehrt / und angeſehen. Er beneydete auch das groſſe Anſehen Camilli, der bey dem Rath in gröſter Gnad ſtunde. Henckt ſich dan gäntzlich an das Volck / ſchmeichlet ihnen / macht groſſe Geſchanckuuſſen / leyhet denen ärmeren Geldt / ihre

ver-

verbrennte Häuſer zu bauen / ſchmähet dem Rath / als hätte er das den Galliern vermeynte Geld eingeſteckt. Hierauff wird er angeklagt als wegen einer Auffruhr / und in die Keüchen geführt. Allein der Rath förchtete ſich / daß ihm das Volck nicht helffe / und den Kercker erbreche: Stellet ihn dan auff freyen Fuß / in Hoffnung / er werde ſich anderſt anlaſſen.

*Verſio vulgaris.* Quia M. Manlius Capitolium & Patriam *ſervaverat* (quære ſervo ·) admodùm *arrogans* eſt factus (arrogans) & *putavit*, ſe non ſatìs *honorari. Invidebat* etiam magnæ authoritati Camilli, qui apud ſenatum in maximâ *gratiâ* erat. Itaque totus populo *adhæret*, *adulatur* eidem, magna *donaria* facit, *mutuas* pecunias dat *pauperibus*, ut *incenſas* domos *ædificare* poſſint. *Calumniatur* Senatum, quòd gallicam pecuniam ſibi ſervaverit. Quare ſeditionis *accuſatur*, & in carcerem *ducitur*. Verùm *metuens* Senatus, ne plebs cuſtodiam *perfringat*, & eum *juvet*; eum *liberat*, *ſperans*, quòd ſe *emendabit*.

Thematis ejuſdem verſio elegantior è *Phraſeologiâ*. Quia M: Manlius Patriam ab exitiô vindicaverat, altiùs quàm oporteret, ſe extulit, & in animum induxit ſuum, non ſat honoris ſibi haberi. Camilli item in Republicâ ſplendor, & quâ florebat, exiſtimatio graviter urebat, qui ſummâ Senatûs gratiâ fruebatur. Itaque ſe totùm populo conjungit, blanditiîs in aures concionis influere laborat, magnîs muneribûs pleroſque obligat, aliis inopiâ majore preſſis, pecunias commodatò dat, queîs deletas incendiô domos ad culmen perducerent; totus eſt in ſtruendis calumniis adverſus Senatum, â quô averſam pecuniam gallicam criminabatur. Quare ei de ſeditione dies dicitur, & in vincula conjicitur. Verùm quia metus objiciebatur ſenatui, ne Plebs effractîs cuſtodiæ clauſtrîs ad propulſandum ejus periculum concurreret, eum in libertatem reſtituit, ſpe ductus, fore, ut virtute culpam corrigat, & flagitii memoriam aboleat.

3. The-

3. *Thema ope Participiorum elegantius reddendum.* Nachdem Menenius Agrippa das erbitterte Volck höfflich gegrüſt / erzehlet er ihnen: Es ſeye einmahl unter den Gliedern des Menſchlichen Leibs ein groſſer Streith entſtanden / und haben alle wider den Magen geklagt / als welcher allein müſſig gienge / und alles was ihm gegeben wurde / in der ſchönſten Ruhe verzehrete. Es wurde dieſes hin und her geredet / und haben ſie ſich endlich verſchworen / daß ihme hinführo die Hand nichts zutragen / der Mund nichts annehmen / die Zahn nichts zermahlen ſollen. Es ware kaum ein Tag verfloſſen / da merckten die Glieder / welche ſchon gantz krafftloß waren / daß der Magen gleichwohl nicht allein genähret werde / ſondern auch nähre / indem er die Speiß verkoche / den Safft und Geblüth durch alle andere außtheile / ꝛc. Alſo macht ihr es Quirites, und bildet euch ein / daß da die Herren im Rath ſitzen / und ſonſt kein Arbeith anrühren / unnutz und müſſig ſeyn.

*Hoc thema primò cum Participiis, deindè cùm Abl. abſ. ità eleganter vertetur:* Menenius ſeditioſo populo comiter ſalutato, narrat: obortô quondam intra corporis humani membra gravî diſſidiô, de ſtomacho queſta ſingula, ſolùm otiari, ab aliis præbita ſummâ quiete conſumentem. Multîs ultrà citráque jactatîs conjurant denique, ne manus quidquam adferret, os ſumeret, dentes commolerent. Vix lapſâ die artus omnes miſerè languentes ſenſêre, non ali ſolùm ſtomachum, ſed & alere, concoquentem nempè cibos, ſuccúmque ac ſanguinem per omnes dividentem, &c. Hos imitamini Quirites, malè perſuaſi, deſidentes in Curia Senatores, nihil operis agere &c. Plura Paradigmata habes in ornatâ Syntaxi.

4. *Thema omiſſis particulîs copulativîs & cauſalibûs elegantius reddendum.* Die alte Geſpahrſamkeit ware nun in Rom gantz erloſchen / der Pracht gar zu hoch geſtiegen / und ſich alles auff die Wolluſt verlegte / hierdurch aber viele in die Armuth gerathen / und folglich zu aller

allen Unthaten fertig waren/ ſo fande ein jeder unruhiger Kopff leichtlich einen Anhang ꝛc. Extinctâ Romæ vetere illâ parſimoniâ, auctóque immenſùm luxu, permultis nobilium Juvenum, voluptati unicè vacantibus, ac per egeſtatem ad omne flagitium paratis, cuilibet turbulento capiti facile erat, ſibi factionem aſciſcere, &c.

5. Ex flore Latinitatis non unum duntaxat, alterúmve thema dictandum, ſed occurrentes flores, eô, quô præcepta, & Author ſolet, modô quotidiè thematis illigandi erunt, nec adeò Paradigmata multiplicari, operæ eſt.

6. *Copiæ* ſeu variationis exercitium ad eum, quem ornata Syntaxis habet, modulum ſemel ſaltem ac iterùm erit exigendum, & in praxi ipſâ oſtendendum, quô pactô primùm Synonima, deinde horum compoſita ſeu derivata, denique derivatorum &c. nova Synonima conquirenda, ac è parata hac ſupellectile varianda ſit ſententia: *v. g. opes pariunt ſuperbiam.* Vel: *Triſtitia nocet valetudini corporis.* Vel: *Juvenibus honorandi ſunt ſenes.* Vel: *Divitum omnes ſunt amici.* Vel: *Cedunt arma togæ &c.* Incredibile, quos fructus paritura ſit exercitatio ejuſmodi. Si eandem ſententiam ampliùs variandi eſſet animus, ejus æquipollentia, ac Periphraſis â Magiſtro foret ſuggerenda.

7. *Themata per omnes caſus ope verborum Syntacticorum varianda* ſit, *v. g.* Sententia: *Argentum hominibus ſanguis eſt & anima.* *Gen.* Sanguinis inſtar eſt & animæ. *Dat.* Sanguini & animæ comparandum. *Accuſ.* Qui argentum eripit, veluti vitam hominis & animam intercludit. *Abl.* Multi perinde ægrè ferunt, ſeu argentô ſpolientur, ſeu ſanguine & animâ. *Quæ te angunt, aliis ne pateſeceris.* *Gen.* Quorum recordatio tibi perturbationem creat. *Dat.* Quibus anxietatem tuam adſcribis *Accuſ.* Quæ tibi nocitura metuis. *Abl.* Quibûs animô excruciaris, Alii cave reſciant. *Gen.* Aliorum fidei ne credas. *Accuſ.* Alios

Alios ne conſcios facias. *Abl.* Ab aliis cave ne efferantur.

8. *Thema per omnes modos & tempora variatum.* Sit ſententia: *Æmulatio cos eſt virtutis. Imperativi.* Sunto alia ad virtutem incitamenta, nullum æmulatione acrius. *Conjunctiv.* Si fuerit æmulus, erit, qui virtutem tuam acuat. *Infinit.* Æmulari idem eſt, ac virtutis ſtudium exacuere. *Tempus imperfectum.* Nunquam non pro cote virtutis habebatur. *Perf.* Pauci, niſi æmulatione incitati, in arduâ virtutis viâ perſtitêre. *Plusquamperfect.* Ni Miltiadis trophæa ſtetiſſent, Themiſtoclis virtus haud ità ſe extuliſſet. *Futur.* Si æmulum ſumpſeris, velut ad cotem temet exacueris.

9. *Thema Variatæ particulæ copulativæ.* Catilina ein ſo adelicher als boßhaffter Mann / von Natur nicht weniger verſchwenderiſch als Geld-begierig / zugleich arg / und frech / von ungezaumter Geilheit / und nicht geringeren Hochmuth / nahme ihm vor Ciceronem einen ſo beredt / als ſeines Vatterlands liebenden Mann über den Hauffen zu werffen. &c. Catilina vir non minùs nobilitate generis, quàm ſuîs flagitiîs conſpicuus, naturâ perinde prodigus ac pecuniarum inſatiabilis, in quô calliditas cum audacia ex æquô certaret; inſignitè quidem impudens, ſed arrogantiæ longè intolerabilioris, Ciceronem virum ſummum, quíque eloquentiam maximam, cum Patriæ charitate nihilò inferiore conjunxerat, ſubruendum ſibi putavit. &c.

10. *Thema graduum comparationis variatorum.* Tib. Gracchus, welcher von den ſchönſten Gemüths-Gaben / und dem Rath über die Maſſen gehäſſig / nahme ihm vor / das Ackergeſatz endlich im Stand zu ſetzen. Dieſes zu unternehmen lage ihm ſtarck in Ohren Erſtens Cornelia ſeine Mutter ein überauß beredte Frau / und vielleicht unter denen Römerinen die zugleich adelichiſt- und Keuſcheſte Matron. Nebſt dieſer ware auch P. Licinius Craſſus, Hoher - Prieſter / ein durchauß ehrlich / und

unſträfflic

unſträfflicher Mann; wie auch P. Mucius Scævola ein ſehr ſtarcker Juriſt &c. Legem agrariam perferre denique apud ſe conſtituit, rem, ſiqua alia, difficillimam, Tib. Gracchus cùm virtute, tum ſcientiâ militari, civium pleroſque longè antegreſſus. Tantæ rei ſuſcipiendæ ei authores fuêre Cornelia Mater Affricani majoris Filia, facundiâ tantâ, quantâ in fœminam cadere poteſt, nec erat è Matronis Romanis, quæ cum caſtimoniæ ac probitatis laude in contentionem venire poſſet: conſentiebat item Graccho P. Licinius Craſſus ſummus Pontifex tantâ vir integritate, ut hâc laude parem haberet neminem; probabat conſilium P. Mucius Scævola primus haud dubiè Juriſconſultorum. &c.

11. *Thema vitiorum aut virtutum, laudis vel vituperii variatorum. v. g.* Die Hiſtory zeiget / was Pompejus für ein Mann geweſen / nemblich / ein trefflicher Soldat / in ſeinen Feld-Zugen faſt glückſeelig / gegen alle Leuth höfflich; in geringſten nicht eygennutzig / und darumb ſehr beliebt; Ein groſſer Liebhaber des Vatterlands / freygebig / leuthſeelig / &c. Ex Hiſtoriâ intelliges, quis fuerit Pompejus, vir ſcilicet in omnibus expeditionibus felicitate uſus incredibili, ſcientiâ verò militari ſingulari, ſumma erga omnes humanitate; abſtinentia item commemorabili, ab omni cupidine alieniſſimus; nihil minùs, quàm ſordidus, divinâ in omne hominum genus beneficentiâ, charitate in patriam nulli inferior, ſenatûs denique & urbis facilè Princeps &c.

12. *Thema de affectibus variatum, ſecundùm omnes 7. Modos.* 1. Wie ſorgſam man eine neu angehende böſe Neygung abhalten ſolle / haben wir an M. Antonio Triumviro ein mercklich Exempl. Kaum hatte er Cleopatram erſehen / 2. Empfunde er alſobald ein ſtarcke Lieb zu dieſen gefährlichen Weib; welche er 3. alſobald zu ſeinem groſſen Ubl in ſein Hertz einlieſſe. 4. Dieſe Unſinnigkeit nahme von Tag zu Tag zu; 5. Wann er auch im Krieg abweſend ware / ſetzte ſie ihm ſtarck zu. 6. Ja

da er ſchon bey Actio geſchlagen / hat ſeine Thorheit ſich nicht allein nicht gemindert / 7. und hörte nicht anderſt / als mit ſeinen elenden Todt auff. ꝛc.

Quam ſollicitè naſcenti pravæ affectioni via præcludenda ſit, illuſtrî exemplô ſit infelix ille M. Antonius Triumvir. Vix conſpectâ Cleopatrâ tacitîs animum vinculîs illaqueari ſenſit, ac periculoſi capitis vehementiſſimô amore exardeſcere; ea amentia incrementum capiebat, & corroborabatur indies, ut vel per belli cauſam abſens, hôc veluti telô dirè excarnificaretur. Quin ad Actium victus tantùm abeſt, ut furioſus is amor refrigeſceret, ut nonniſi cum ipſo extingueretur.

Argumentis porrò, quæ domi componuntur, duo diſticha fracta (quæ dicimus) addenda, in Scholâ verò unum, & jam nunc in Syntaxi tenenda ea regula, ut ſolutæ orationi haud paulò plus tribuatur, quàm carmini, pauciſſimis diſcipulorum, ac propè nullis olim uſui futuro; ídque eò magìs, quô novitatis ſtudiô capti Tyrones plerumque in Poëtica Naturâ propendent.

## V. *De Hiſtoria & Academia.*

Hiſtoriæ ordo idem, qui in inferioribûs hactenùs deſcriptus eſt. Bellum Catilinarium minutim explicatum facilem reddet orationum in Catilinam & aliarum lectionem; utì & Hiſtoria exilii, reditúsqne Ciceronis, ac ante omnia civile Cæſaris & Pompeji bellum præcipuô ſtudiô condiſcenda. Contrà primæ illæ ſeditiones, uſque ad Gracchanas leviùs tractari poterunt.

Academiæ ex Hiſtoria inſtituendæ ſunt duæ, altera poſt abſolutam libelli partem priorem, fortaſsè ad *Bellum Catilinarium.* Quæſtiones aliæ erunt ſimplices & planæ, quibus rem latiniùs, & ſuîs verbis, & vernaculè narrandi occaſio detur: aliæ complicatæ, ad Academicorum peritiam magìs explorandam factæ, hôc ferè modulô.

Quoties, & ubi pugnatum â Sulla reduce?
Quæ ſunt Pompeji hactenùs geſta â Juventute?

Qui-

Quibûs cauſîs Coloniæ â Romanis ſunt conditæ?
Quæ cauſa Belli ſocialis, quis exitus?
Quæ cauſa remota belli Mariani & proxima?
In quô ſita eſt Tribunitia poteſtas?
Bellô captus ager quomodo dividebatur?
Quomodò evaſit Marius, & quomodò rediît?
Quæ cauſæ belli gladiatorii?
Recenſe Livii Druſi ſeditionem.
Quæ L. Apuleji Saturnini?
Quomodò interiît C. Gracchus?
Quæ ſeditio Tib. Gracchi?
Quæ proſcriprio Syllana?
Quid poſtea Sylla, quî finiît?
Bellum ſervile ùt cœpit, ùt finiit?
Quis fuit Sertorius?
Quomodò finiit Sertorius?
Quæ ſunt acta Cinnæ?
Recenſe Decemviratûs Hiſtoriam.
Cur inventa Tribunitia Poteſtas?
Quid lex Judiciaria?
Quæ cauſæ tot ſeditionum?
Narra de M. Manlio Capitolinô.

## *Complicatæ.*

QUoties ſeceſſum â plebe?
Qui exiliô pulſi clari cives & redditi?
Quì duces occiſi â ſuis? R. Cinna, Sertorius.
Ubi obſeſſi gladiatores?
Quinam ſe ipſos occidêre? R. Appius, Marius.
Quis humili genere ortus? R. Spartacus, Herdonius, Sertorius.
Ubì extra Romam ſenatus Rom. conſtitutus?
R. â Marſis, â Sertorio.
Quoties edictum, viderent Conſules, ne Respublica detrimentum capiat?
Qui conſules occiſi?

Qui ſeditionum authores cæſi?

Quando Roma in maximô metu, & periculô fuit? & quoties?

Quæ fœminæ turbaverint? R. Fabii Ambuſti filiæ, Cornelia, &c.

Quis peregrinationem obiît?

Tertia Academia ex authore ſaltem privata è Curtio eum in modum habebitur, ut primùm periodum quamlibet vernaculè exponant, indicatîs Syntaxeos regulîs, Phraſibûs, eruditionibûs, ſi qua occurrit, ùt aliàs dictum.

## VII. *Experimenta pro Præmiis.*

MUltùm intereſt, ut ne ignorent diſcipuli, quibusnam è rebus maximè futurum ſit poſtremum examen, ut ad has præcipuè per anni curriculum ſe comparent, id quod ex ſubjectis Paradigmatis obſervabit Magiſter, eos recitandîs ad verbum Syntaxeos regulîs neutiquam divexatum iri; neque ſi *rem* ſciant, verba ſpectari magnoperè.

## *Paradigma argumenti pro Præmiis.*

Cicero L. Munatio Planco S. D.

JCh ſolle dir nicht bergen / daß viele beſt-Geſündte von Rath ſehr anſtehen / ob du deine Regimenter zu des D. Bruti, der Republic getreuen Völckern ſchlagen werdeſt / beſonders / Weil Ventidius mit den ſeinigen ſchon Antonii Parthey ergriffen. Jch bin der Meynung / daß es dich ſchämen ſolte / nicht zu halten / was du ſo feyerlich verſprochen / unb das gemeine Weeſen in das euſſerſte verderben zu ſtürtzen. Einmahl iſt uns allen an deiner Treu gar viel gelegen / aber ich hab dir von der Sachen Wichtigkeit nicht viel zu predigen. Quæ ſequuntur addita ſunt ſinè ſignificatis. Jn deiner Handt ſtehets / ob Rom hinfühbro frey ſeye / und die Welt beherrſche / oder in ſchändliche Dienſtbarkeit verfalle.

falle. So nimme dich dan des Vatterlands mit allen Kräfften an / laſſe dich von Lepido zu keinen üblen Anſchlägen verleuten / ſo wirſt du dir einen unſterblichen Nahmen erwerben.

Haud mihi celandus es, multos animi vel ô optimi vel ô Senatores vehementer vereri, ut tuis legionibus D. Bruti fidelem Reipublicæ exercitum augeas, præſertim Ventidiô cum ſuis jam Antonii partibus addictô. Mihi quidem videtur, fore ut te pudeat, tuis tam ſoleniter pactis non ſtantem, extremam Reipublicæ perniciem acceſſere. Certè te fidelem eſſe, plurimùm noſtrâ omnium intereſt. Verùm de rei momentô, haudquaquam pluribûs mihi commonendus es.

## *Aliud partim pro Præmio, partim Aſcenſu.*

WEr ſoll jene Soldaten wegen ihrer Freud beſtraffen / welche nachdem ſie wider ihren Feind den Sieg erhalten / auff nichts anders / als Einſammlung der Beuth bedacht ſeyn? dan warumb ſollen die Uberwinder / nachdem ſie ſo groſſe Gefahr außgeſtanden / nicht frölich ſeyn därffen? beſonders wann ſie auff jenes gedencken / wie viel nicht nur allein ihnen ſelbſten / ſondern den gantzen Land darangelegen ſeye / daß der Feind von dem Vatterland abgetrieben werde. Alſo glaube ich / wird kein Menſch ſeyn / welcher euch / nachdem ihr den Lauff der grammatic vollendet habt / übl außlegen werde / wann ihr darfürhaltet / daß dieſer Tag nach Erdultung ſo vieler Verdrüßlichkeiten / gantz Freudenvoll ſeye. Wiewohl ich ſorge / daß nicht ein jeder unter euch an dieſer Freud Theil habe / dan vielleicht (wann ſie nicht gar zu groſſe Hochſchätzung für ſich haben) wiſſen einige ihre Nachläſſigkeit / und förchten billig / daß ſie noch viele Meil-Weegs zu dem Parnaſſo haben / weilen ſie nicht mit ſo groſſen Eyffer / als

ſie gekönt haben / ſich befliſſen / die Reglen des Alvari zu erlehrnen.

Quis illorum militum gaudium reprehendat, qui de hoſte nobili victoriâ potiti nonniſi legendis ſpoliis vacant? Cur enim victoribus tantò periculò defunctis, lætis eſſe non liceat? præſertim ſi illis in mentem veniat, quanti non modò ipſorum, ſed Regionis univerſæ interſit, patriam hoſtibûs liberari. Ità ſanè arbitror hominum fore neminem, qui vobis grammaticum curriculum emenſis vitio daturus ſit, ſi exhauſtîs tot tædiîs dies hic lætitiâ plenus eſſe videatur. Quanquam verear, ut ſingulis veſtrûm id gaudium commune ſit; fortaſſis enim (niſi nimia ſui exiſtimatione laborent) quidam ſuæ negligentiæ conſcii meritò timent, ſe adhuc multîs ſtadiîs â Parnaſſo abeſſe, quòd non maximâ, quâ potuêre, contentione, ad condiſcenda Alvari præcepta incubuerint.

## *Paradigma quæſtionum pro præmiis.*

Es iſt dem Petro ein Luſt zum Spielen / dem Paulo zum Schlaffen ankommen. Petrum ludendi, Paulum dormiendi libido inceſſit. Vel *in Petrum &c.* *Quæ Figura Syntactica?*

Er glaubt / ſeine Sorg für dich / werde weder dir / weder ihme nutzen. ℞. Ei videtur fore, ut ſua tui cura, nec tibi, nec ſibi expediat.

Er hat mich gebetten / ihme meinen Mantel zu leyhen. ℞. Me rogavit, ut ſibi meum pallium commodem.

## *Ex Hiſtoria.*

QUi Romani duces ſe ipſos occidêre? ℞. Appius Claudius. Marius Junior, Fimbria, Petrejus, Cato Uticenſis, Brutus, Caſſius, Antonius.

Quoties vis adhibita in comitiis? ℞. A Mario, â Graccho. Apulejo, Cæſare, item ab eodem, in cauſa Milonis.

Qui-

Quinam à militibus ſuis ſunt deſerti? ℟. Brutus ad Mutinam. Æmilius Lepidus in Sicilia. Scipio & Norbanus. Sex. Pompejus. Canidius.

Quis ſinè Collega Conſul? ℟. Carbo. Pompejus. Cæſar cum Bibulo.

Quot cauſæ belli in Antonium? ℟. Sex. Regnandi cupiditas Octavii. 2. Divortium Octaviæ. 3. Cæſario Rex dictus. 4. Triumphus Alexandriæ. 5. Noluit abdicare Triumviratum Antonius. 6. Vitæ genus Bachicum.

Qui ſe Antonio poſt Mutinenſe Bellum adjunxêre? ℟. Ventidius. 2. Marcus Æmilius Lepidus. 3. Bruti legiones. 4. C. Munatius Plancus. 5. Aſinius Pollio.

# INSTRUCTIO PRIVATA,

### *SEU*

## TYPUS CURSUS ANNUI

### *PRO*

## POESI.

G*Radus hujus Scholæ eſt (ùt diſertè habet Regulæ) præparare veluti ſolum eloquentiæ; quod tripliciter accidit.* 1. *Cognitione linguæ.* 2. *Aliquâ eruditione.* 3. *Brevi informatione Præceptorum Rhetoricæ. Cognitio linguæ ex ſtatis explanationibus Authoris, ejusdem lectione domeſtica, quotidianis ſcriptionibus haurienda eſt, ac ab iis perpolietur facilè, qui grammaticum curriculum, quam hactenus deſignavimus, methodô decurrerint, Præcepta Rhetoricæ, è libro tertio Cypriani Suarii & Aphtonii Progymnaſmatis, ſeu potiùs Candidato Rhetoricæ condiſcere apud nos in more eſt.*

*E memoratis Regulæ verbis intelliget Profeſſor*, præparationem ad Rhetoricam *præcipuum eſſe ſuum ac ſuorum officium; Poëtica equidem minimè negligenda (quod in quibusdam Provinciis faciunt) ſolutam tamen orationem primô locô, ligatam ut acceſſorium quid habendam; atque hanc Scholam meliùs â reliqua Societate* Humanitatis, *quàm apud nos* Poëſeos *nomine appellari. Qui diſcipulorum ingeniô valebunt, aut huc pendebunt ſuâpte, ſolâ Poëtarum lectione Poëtæ fiunt, frænóque potiùs indigebunt, quàm ſtimulô. Tardiores hortandi quidem, ut hîs Poëticæ velut igniculîs languidius ingenium excitent, non*

*item ad rem, cui nati non ſunt, magnoperè perurgendi erunt, aut eorum cauſâ â curſu quidquam deflectendum.*

## I. *Exercitatio memoriæ ſeu Lectiones.*

LEctiones hujus claſſis ſunt 1. Proſodia, quæ primô Semeſtrî; 2, Tertius Liber Suarii, qui Semeſtrî alterô ediſcendus eſt. Regula & aliarum Provinciarum conſtans mos habet, ut lectionibus ſingulis item bini, terni, aut plures verſus Virgilii, aut alterius authoris addantur.

*Proſodiæ* pars anterior, verſibus nempè 151. comprehenſa, etſi jam in Syntaxi ſemel ac ſecundò decurſam ponamus, iteratò decurri poterit, ſi præter penſum ex parte altera, terni item verſus exigantur, in hunc fortaſsè typum.

Primi Semeſtris *die* 1. De Syllaba communi. &: Vocalem breviant. *A Meridie* Longæ. ante tibi. Et. *Nomina corripies.* 2. Monoſyllaba brevia / poſt ſecundum. 3. Vocalis brevis / Syllabæ naturâ. 4. Sextus enim pes./ lex neceſſitasque. 5. Aut contra / de licentia Poëtica. 6. De pedibus / pedes duarum Syllabarum. 7. Pedes trium Syllabarum. / Bacchius. 8. Diſpondæus / Antipaſtus. 9. Pæones / Pæon 2dus. 10. Epitritus I. / quinque Syllabarum. 11. Hexametrum carmen. / quintus pes. 12. Pentametrum / cæteri perpetuò. 13. Senarius Jambicus. / verum ut. 14. Dimetrum Jambicum./ Scazon. 15. Anapæſticum. / ſecundus pes. 16. Aſclepiadeum / Phaleucium. 17. Verſus Saphicus / Integer vitæ. 18. Verſus metimur. / Epiſynalœphe. 19. Hic e & a / Hic duplex ii. 20. Imprimis e & i. / Item adverbiorum. 21. Synalœphe / exceptio. 22. Id quod multò / in his & ſimilibus. 23. Ecclipſis &c.

Hôc vel ſimilî pensô abſolvetur Proſodia ad 67. diem primô ſcilicet Semeſtrî. Semel didiciſſe ſatis fuerit, cùm alibi hæc ejus pars explicetur duntaxat, & locò hujus ex authore aliquid utilius memoriæ mandetur.

*Semeſtris alterius* lectiones de Tropis & Figuris ex Suario, æqualî ferè dimensô dividentur.

*Lectio acceſſoria* Hiſtoria ſcilicet, ùt cæteris in Scholis proſequenda, ac illa pars, quæ de migrationibus gentium agit, non ſolùm non negligenda, ſed commendanda imprimìs, cùm ex ea recentior omnis Hiſtoria enaſcatur.

## II. *Explanatio Authoris.*

IN Humanitatis ac Rhetoricæ Schola ſpem profectûs omnem in lectione bonorum authorum ſitam vox communis eſt, & veriſſimus omnium ſenſus. Ut id diſcipuli quoque penitùs in animum inducant, atque ea ſaltem, quæ in opere habent, perlegere & intelligere ſtudeant, omni contentione ſunt exſtimulandi. Id quod fortaſsè facilius obtinebitur ab iis, qui non nunc primùm ad legendum aggrediuntur, ſed in duabus infimis Primitivorum ac Derivatorum cognitione, tum flore Latinitatis, ac Phædri, Cornelii, Cæſaris, Curtii Prælectionibus haud leviter exercitati fuerint.

*Authores prælegendi ſunt* Ciceronis Lælius, vel orationes faciliores. Livius, Virgilius, Ovidius, in hunc modulum ut explanentur menſibûs.

*Novembrî* ac *Decembrî* Ovidii Elegiæ

*Januariô* & *Februariô* Ciceronis Lælius.

*Martiô Aprilî*, Virgilius.

*Majô Juniô* Livius.

*Juliô Auguſtô* Metamorphoſis Ovidii.

Quot verſus aut Periodi per horam explanationi huic propriam prælegi poſſint, diſcipulorum habitudo, ac res ipſa definiet.

*Formam ſeu rationem* hujus interpretationis pulchrè adumbravit P. Juventius duobûs Paradigmatîs ê Virgilio ac Cicerone expreſſis.

Etſi enim pro Rhetoricæ ſchola afferantur, quia tamen, ùt idem addit, idem in Humanitatis claſſe curſus, ordóque ſer-

ſervandus eſt, huc item deſervient; nec tamen actum egero, ſi ad eundem typum unum, alterúmve de meo adjecero. Id monitum velim explanantem, ut unô curſu, & argumentum & ejus Paraphraſim, & ea, quæ ad Artem Metricam, & eruditionem, & latinitatem pertinent, ſimul expediat, quæ hìc diviſa inveniet.

## *Paradigma explicatæ Elegiæ 4tæ Triſtium.*

I. *ARgumentum & Analyſis totius Elegiæ:* beneficia innominati amici commemorat â v. 1.

Memorem animum promittit, â v. 5.

Exemplô Theſei, Pyladis, Euryali oſtendit, veram amicitiam duris in rebus probari â v. 9.

Idem multò ſententiarum varietate confirmat â v. 13.

Paucos, qui ſupererant amicos implorat, rogátque, ne Cæſaris offenſam vereantur; illum vel in hoſte fidem laudare, nihil verò hoſtile â ſe admiſſum. â Diſ. 17.

Mala ſua tanquam innumera exaggerat, & quàm credi vel oratione dici poſſit majora â 23.

Ait Ulyſſis mala longè ſuîs tolerabiliora fuiſſe, nam 1. Brevi ſpatio, 2. Cum fidis ſociis. 3. Ithacâ carebat rudi ſcopulô, 4. Robuſto ille corpore; 5. Pallade adjutrice 6. Confiсta mala tulit, & 7. tandem patriâ potitus eſt. Ego verò per immenſa maria, ſolus ac deſertus, magnâ illâ Româ carens, infirmô corpuſculô, Infenſo Auguſti Numine, nimiùm verè jactatus, ſinè ſpe reviſendæ Patriæ â Diſt. 29. ad finem.

II. *Explanatio ſeu Paraphraſis* 1. *O mihi.* cujus me præ amicis omnibus memorem eſſe oportet. *O cui.* qui meam calamitatem perinde doluit, ut ſi ipſe relegatus fuiſſet.

2. *Attonitum* affert primum beneficium: quòd diffugientibûs cæterîs, nec ob metum Cæſaris ſolari perculſum audentibûs, ſolus attonitum, ſui impotem, ac

veluti fulmine afflatum ſuſtinere, & blandô alloquiô erigere jacentem auſus fuerit.

3. *Qui mihi.* Alterum beneficium: quod ſuaſiſti ſeu conſilium mite dediſti, ut in tot mala vivere tamen mallem, quàm violentas mihi manus afferre, quod deſperatus meditabar.

4. *Scis benè.* Etſi nomen tuum non aſcribam apertè, ne tibi noxæ ſim, in his tamen tuis beneficiis temet facilè agnoſcis. *Officium* non ignoras, non te fugit tuum, quod præſtitiſti, amici officium.

5. *Hæc mihi.* Officii tanti memoriam intimîs, ne evelli queat, medullîs defigam; ac pro animo tam benevolo debitorem me æternum agnoſcam.

6. *Spiritus.* Amplificat Poëticè illud: *Priùs moriar* ab adjunctis & Synonimia: priùs animum efflabo; ſpiritus tenuatus in auras abibit; & in rogo jam extincto, ſeu tepido, oſſa ſeu corpus hoc deſeret vita:

7. *Quàm ſubeant.* Id eſt: quàm tui obliviſcar. Oblivia, orum, pro oblivio, nis Poëtæ uſurpant. Nec longa die, id eſt, quantumcunque longo tempore unquam ex animo charitas iſta excidet.

8. *Dii tibi.* Opto, ut tibi propitii ſint, & in preces tuas nec difficiles, nec moroſi ſuperi. **GOtt vergelt dirs.** Dent tibi fortunam diſſimilem, id eſt, alienæ opis nihil indigam, ùt mea.

9. *Si tamen.* Ut extollat beneficium, ab loco communi amicitiam duris in rebus probari maximè ait. Si navis hæc ſecundô ventô uteretur, ſi res meæ meliùs haberent, fides tua ignota, certè minùs illuſtris erat futura.

10. *Theſea.* Id exemplô probat. Pirithous non intellexiſſet Theſeum adeò ſincerum amicum fuiſſe, nî vivus deſcendiſſet ad inferos, unde ab illo liberatus eſt.

11. *Ut foret.* Alterum exemplum. In Phocide regione natus Pylades, veri & perfecti amoris exemplar non

non erat futurus, niſi Oreſtis furiæ, pro quo ſe morti obtulit, occcaſionem præbuiſſent.

12. *Si non Euryalus* ab hoſtibus circumventus fuiſſet, Hyrtaci filius Niſus tantâ gloriâ non foret, nec ità celebraretur, quòd ejus ſervandi causâ medios in hoſtes invectus ſuper amici corpore occubuerit.

III. *Poëtica.* O mihi negatio duplex pro affirmatione n-- locò *ante omnes memorande* nunquam poſt alios memorande. 2. *Suſtinuiſſe* pro ſuſtinerem -- 3. *In miſero* Epithetum tótius tributum parti n -- 4. *Medullis* pro pectore vel memoria. 6. *Spiritus* pro vita, cauſa pro re n -- 7. *Oſſa* pars pro toto n -- 8. *Egentem fortunam* Participium prò Relativo n -- 9. *Hæc navis* Allegoria ab re inanimata n -- 10. *Phocæus* Patronymicum pro Nomine n -- 11. *Oreſte* Vocativus pro Nominativo vel alio caſu n --

IV. *Eruditio.* 3. *mortis amor.* Romanis generoſum habebatur, ſibimet ad effugiendum dedecus mortem conſciſcere, ùt Cato, Brutus, Caſſius, Antonius &c. 6. *Vacuas in auras.* Vel Poëticè locutus eſt author, vel animæ immortalitatem non agnovit. *Oſſa rogo.* Non humabant Romani cadavera, ſed cremabant, & collecta è cineribus oſſa in fictiles urnas componebant, addita ferè lampade, ut hodiedum magnô numerô effodiuntur. 10. *Theſea Pirithous.* Proſerpinam rapturus Cerbero fuerat objectus. Venit auxilio Theſeus, captúsque eſt, ac tandem ab Hercule liberatus. 11. *Triſtis Oreſta.* Nota alioquin eſt fabula Oreſtis, ad Dianæ Tauricæ ſacrificandi, ni Pylades interceſſiſſet. 12. De Niſo & Euryalo legendus eſt, ac prælegi fortè poſſet Virgil. L. 7. â verſu 510.

V. *Latinitas. Sors* variè ſighificat, eventum fortuitum, aleam, fortunam, fatum. Sortes ducere **Hälmel ziehen.** *Attonitum.* Attonitus propriè eſt, quem tonitru, quódque poſt ſequitur fulmen, ſtupentem, torpidum, ſui impotem effecit. *Auſus eſt.* Audentia ſeu au-

dacia

dacia propriè in malum accipitur; per Catachreſim autem audax hic dicitur amicus, qui ſe gravi periculo Cæſaris offendendi expoſuerit. *Suſtinuiſſ*. Suſtinere, ſubtenere aliquem, ne procidat: ut levare jacentem. *Officium* hic pro Höfflichkeit / Freundſtuck accipitur. *Imis* pro intimis *medullis* quaſi in medio oſſium. *Quàm ſubeant*. Animum ſubit, capit oblivio. *Dii tibi ſint faciles*, faciant, quod vis. Parente uti facilî aut difficilî, pro indulgente vel aſperô. Homo difficilî ingeniô. Cæterùm Ovidii Latinitas plana ferè eſt, ac minimè impedita. Faciliùs item Tyrones Ovidium intelligunt, nempè unô Diſtichô ſententiam abſolventem, quàm Ciceronem, in prælongas ſæpè periodos effuſum.

Explanationem pro more ſequitur & comitatur examen, repetitio, concertatio, annotatio locutionum Poëticarum.

## *Paradigma* II. *Elegiæ 2dæ de Ponto.*

### *Ad Maximum.*

1. *ARgumentum*. Hâc elegiâ Ovidius graphicè ſua mala exaggerat, quò Fabii Maximi miſerationem & auxilium cieat. *Exordium* benevolentiam Fabii captat, & excuſat, quod ejus Nomen apertè præferat epiſtola, quod is fortaſsè nolit. â Diſ. 1.

*Propoſitio*. ſua mala modum omnem excedere, 1. quòd medios inter hoſtes, hoſtiúmque tela toxicata nusquam vitæ ſecurus verſetur â Diſ. 70.

2. A regionis frigore & ſquallore â Diſ. 12.

Feliciorem fuiſſe Nioben, & Phaëtontiades, quæ lapis & arbor factæ ſint, quod ſibi optabile foret. â v. 15.

3. A perpetuitate ſuorum malorum â D. 19.

Tityo ſe comparat â D. 21.

Ne in ſomno quidem ſe quietum; terreri inſomniîs tetrîs, ùt jam ſi ab hoſte captus duceretur; aliàs lætiora eſſe, velut Romam rediiſſet, ſed ut acerbiùs doleat evigilans. â Diſ. 21.

Aliàs

Aliàs ſe mortem optare; iterùm ſpei aliquid de placando Cæſare concipere. Denique impetrabile nihil, niſi tutior, mitiórque exilii locus â Diſ. 29.

II. *Explanatio.* 1. *Maxime.* Qui Fabiani Nominis ſplendorem virtutum magnitudine æquas, & bis nobilem te reddis, genere & animi dotibûs.

2. *Qui naſci.* Blanditur patrono, veluti è 300. Fabiis ad Cremeram cæſis unicus ſuperſtes ſervatus ſit ideò, ut hic Maximus naſci poſſet.

3. *Forſitan* quæres, quis hanc epiſtolam nullo Nomine ſubſcriptam mittat, velíſque ſcire quis per hanc tibi loquatur.

4. *Hei mihi.* Figura dubitantis eſt, ac timentis, ne lecto exulis nomine durior fiat, & epiſtolam averſô animô legat, metuens ſcilicet, ne ejus, quem Cæſar oderit, amicus habeatur.

5. *Viderit.* Quòd ſi quis has meas inſpexerit, audebo palàm fateri, â me datas, tot nempè malîs victus, quibûs ad amicos ingemiſcere licet.

6. *Qui dignum* non diffiteor, hanc me pœnam commeritum, eáque graviorem; tanta nihilominus ſunt mala, ut majora eſſe nequeant. En ut nocentem ſe ipſe prædicet, ne injuſtum vel crudelem Auguſtum arguat.

7. *Hoſtibus.* Recenſitio eſt horum malorum. Et primò quidem medios inter hoſtes, & vitæ pericula dego, cùm Cæſar ademptâ Patriâ vitam tamen donârit. Hic nulla pax aut ſecuritas, ùt in Aſia, vel cultis Græciæ Inſulis exulantium, quibus præter Patriam nihil ereptum.

8. *Qui mortis.* Horum hominum feritatem inde agnoſcas, quòd ſua ſpicula viperarum felle intoxicent, ut ſævo vulnere mortis cauſas conduplicent, ac quos ferrum leviùs receptum non peremiſſet, venenô in viſcera manante enecentur.

9. *His eques.* Vipereis ejusmodi telis metuendi, equísque vecti celerrimi, regionem omnem, oppida, vicos perpetuo metu clauſos, rabidorum inſtar luporum ſtabulis inſidiantium oberrant.

10. *At ſemel.* Nulla igitur ab his inſidiatoribus quies, quorum arcus equinô nervô ſemel intentus, nunquam remittitur, nec quibûs tenditur, vincula ſolvuntur, ut ad feriendum nunquam non parati ſint.

11. *Tecta.* In obſeratas domos, tam crebra tela conjiciunt, irámque, quam in incolas clauſos nequeunt, effundunt, ut tecta velut ſagittarum vallô horreant. Nec aliud quam in firmis repagulis, adversùs inſultantes præſidium.

12. *Adde*, locorum triſtitiam, regionis ſquallorem, nec frondibûs, nec arboribûs veſtitæ, ſteriles ubique & nudi campi. Præterquam quòd hyeme deſinente velut altera ſuccedat, verbô, hyems ac gelu ſit perpetuum.

13. *Hìc me.* Atque hìc me cum locorum horrore, frigoribus, glacie, cum barbarorum incurſionibus miſerè conflictantem jam quartus annus habet.

14. *Fine carent.* Nullum facio lachrymandi finem, niſi cum malorum ſenſu velut obſtupefactus torpeſco, iſque torpor morti ſimilis flere prohibeat &c.

III. *Poëticæ obſervationes.* Ingemuiſſe pro ingemiſcere n - - Hîs *eques* inſtructus, pro equites n - - *perterrita mœnia* pro civibus, continens pro contento n - - *more lupi* elegans ſimile. *Vincula irreſoluta* negativum Epithet. n - - *tecta vallata ſagittis.* Metaphora n - - ſummovet *arma* pro armatos n - - *Iners* hyems. Epith. Metonimicum n - - *Quarta hyems* pro quartus annus Synechdoche n - -

IV. *Eruditio* 2. *Non omnes Fabios.* Hiſtoria è Livio nota eſt, Illuſtres ex Fabia gente viros vide in diction. Hiſt. 5. *Audebo fateri.* Periculoſum eſt alioquin cum iis familiariter agere, quos Principis indignatio proſtravit. 7. *Hoſtibus* in mediis. Celebris eſt Thracum barbaries ac crudelitas, unde & Mars Threjicii vel Thracii agnomen habet. 8. *Vipereo felle.* Multis Americæ populis hodiéque uſitatum, ſagittas virulentarum herbarum ſuccis illinere. *More lupi.* Tota Thracum vita latroci-

nium eſt & præda. Quanquam hodie ea regio Bulgariæ, ac Romeliæ nomine multùm ab antiqua illa diſſidet. *Hyemi continuatur hyems.* Videtur nimiùm incuſare regionis acerbitatem, cùm eadem cœli poſitione, eôdem propè cum Vienna 47. ſcilicet latitudinis gradu ſint oſtia Danubii, circa quæ vulgò in mappis Tomi urbs locatur.

V. *Latinitas.* Paſſim ſimplex, & candida nec magnoperè præter nativam puritatem ac facilitatem, memorandum quid habet.

## *Paradigma aliud, quo locus ê T. Livio, nempè initium Libri XXI. explanatur.*

*ARgumentum.* Brevem aliquam præfationem, præmittit Livius Punicum 2dum narraturus, eámque petit â magnitudine belli 1. ob potentiam partium maximam, 2. odia acerbiſſima.

II. *Explanatio. In parte operis mei.* Hiſtorici in ingreſſu operis cùm ejus ſummam compendiô exponunt, ſimul rerum dicendarum magnitudinem, attentionis & aviditatis excitandæ causâ extollunt. Horum exemplum in parte mei operis ſequor, bellúmque me deſcripturum profiteor omnium ab u. c. maximum. *Nempè quod* contra Hannibalem Pœnósque geſtum, priora Latina, Hetruſca, Volſcica, quin & Samnitica, & Punicum primum granditate longè ſuperet.

*Nam neque validiores.* Rationem addit quia tum urbium Carthaginenſis & Romanæ potentiæ nulla uſpiam par aut comparanda fuit. Nam Germanorum & Gallorum virtus tum in obſcuro erat, etſi parium fortaſsè viribûs, aut ſuperiorum. Prima igitur Europæ cognitæ civitas Roma; Affricæ Carthago.

*Neque his ipſis* unquam florentiores res fuêre. Romani præter Siciliam primô punicô captam, Sardiniam, Corſicam, ſubalpinam Galliam, Iſtriæ partem in Provin-

cias redegerant, Italiæ, quanta eſt, potentes. Carthagiginenſes & in Affricanis littoribus, & in Hiſpania ad fl. Iberum protulerant, præter theſauro opulentiſſimo mercatu auctos.

*Et haud ignotas.* Acrius fuit bellum, quòd neutri novo cum hoſte res eſſet, ſed artes afferrent, priori Punico ſatìs inter ſe expertas.

*Et adeò variá* fortunâ jam huc, aliàs illuc pendente Mars fuit adeò anceps, ut, qui nuper vicerant, & vincent ad extremum Romani, primîs tribûs annîs ſuccumbendi periculo longè propiores fuerint.

*Odiis etiam.* Odiîs mutuîs acuuntur bella. Intolerabile fuit Romanæ ſuperbiæ, quod Pœni nupero trium & viginti annorum bellô, terrâ, maríque tam luculentè victi, ultrò nec provocati, & veluti contemnentes bellum inferrent. Urebat contrà Carthaginenſes, quòd exiſtimarent, arroganter ſibi nec ferendâ Impotentiâ non tam imperatum, quàm inſultatum â Romanis, & avarè ultrà conventa, tributa impoſita.

*Fama eſt.* Amilcar Hannibalis pater, confectô bellô Affricô, quô mercenarii ob negata ſtipendia per quinquenniumCarthaginenſes graviter divexaverant,cum exercitu trajecit in Hiſpaniam, filiúmque novennem multîs, ut unà duceretur, inſtantem, admovit altaribus, juſsítque, ut tactîs ſacrìs ſeu arís juraret, ſe quamprimùm per ætatem poſſet, & occaſio foret, Romanorum hoſtem fore perpetuum. Vide quàm hæc breviter ope Participiorum, quàm tamen perſpicuè efferantur â Livio: *Patri blandientem, perfectô bellô, trajecturus exercitum, altaribus admotum, tactis ſacrîs &c.*

*Angebant.* Amilcarem ingentis animi, ſpiritúſque virum Siciliæ, Sardiniæque jactura. Siciliam quidem ad Ægates â Lutatio Catulo victus, velutì rebûs mari deſperatîs, præproperè á ſe conceſſam dolebat; Sardiniam nempè â perduellibus deditam Romanis, quo jure tenerent? urebat inſuper *ſtipendium ſuperimpoſitum*, nam præter

ter ſummam â Lutatio conditionibus pacis deſcriptam, mille inſuper talenta imperata fuerant, noſtra monetâ ad octingenta florenûm millia.

## III. *Explanatio Præceptorı*

PRæceptorum nomine in hac claſſe veniunt 1. Proſodia. 2. Ars metrica. 3. Candidatus Rhetoricæ. Proſodia ſi ſemel explicetur, ſatis fuerit, & ſecundùm regulam iis ſolùm inhærendum, quibûs magis egere videbuntur, & *exercendô potiùs*, id eſt examinandô, quàm *explicandô*. Ars Metrica Tyronibus aliquo Poëtices guſtu imbuendis omninò neceſſaria eſt. Candidatus verò Rhetoricæ, ſeu progymnaſmata cæterîs omnibûs curatiùs pertractandus eſt, quòd, ùt principiô inſinuatum, finis gradúsque hujus Scholæ ſit: *Præparare veluti ſolum eloquentiæ*, Poëticen verò in ſecundis habere.
ut verò Prælectionum certus ordo, quidque primô, quid ſecundô locô explicandum, definiatur, neceſſarium videtur, ut ante omnia, ac primô ſtatim menſe ê Candidato *loci Rhetorici* leviter delibentur, ſinè quorum ſuperficiaria ſaltem notitia, non video, quî vel epiſtolam, vel ê reliquis Rhetoricæ elementis aut Progymnaſmatis ullum ritè conſcribere poſſint. Eſt hoc conſilium P. Juventii, qui in Præfatione ad ſuum Candidatum: *Quid enim juvat ſcire præcepta ſcribendi v.g. epiſtolam, ſi modum ipſum ſcribendi & componendæ orationis neſcias?* cæterùm totius anni explanationes fortaſsè ad hunc typum commodiſſimè diſtribuentur.

*Novembri* Menſe explicabuntur, quos dixi, loci Rhetorici, Nempè die 1. De definitione. 2. De enumeratione partium. 3. De ſimilitudine. 4. De comparatione. 5. De contrariis. 6. De cauſis. 7. De adjunctis. 8. De iisdem. 9. De iisdem. 10. De adjunctis actionum. 11. De iisdem. 12. De uſu locorum.

*Decembrî. Januariô. Februariô.* Proſodiæ prima pars, & Ars metrica explicabitur alternîs hôc circiter dimensô:

| *Proſodia.* | *Ars Metrica.* |
|---|---|
| 13. Procœmium & Præcep. 1m | 14. Poſſidentis pro Poſſeſ. |
| 15. Præceptum 2dum & 3ium. | 16. Materia pro re. |
| 17. Præceptum 4tum, & 5tum. | 18. Pars pro toto. |
| 19. Præceptum Sextum. | 20. Cauſa pro effectu. |
| 21. 7um. 8um. & 9um. 10um. | 22. Signum pro re. |
| 23. De Præpoſitionibus. | 24. Metaphoricum. |
| 26. E in compoſitione. | 26. Periphraſis. |
| 27. O. incrementum. | 28. Adjectivum perſonæ. |
| 20. De verborum incremento. | 30. Adject. totius parti. |
| 31. Præceptum 3tium. | 32'. Adject. Metaphori. |
| 33. E in fine. | 34. Adject. proprium &c. |
| 35. O in fine. | 36. Comparativus. |
| 37. B. D. T. in fine. | 38. Appoſitum. |
| 39. N in fine. | 40. Verbum Metaphoric. |
| 41. As in fine. | 42. Periphraſ. pro verbo. |
| 44. Is in fine. | 44. Verba Poëtica. |
| 45. Us in fine. | 46. De commut. ſentent. |
| 47. De Syllaba communi. | 88. De eadem. |
| | 49. De eadem. |

Proſodiæ & Artis Metricæ explanationibus interſerenda eſt doctrina de epiſtolis, ídque per intervalla, ut primô ſemeſtrî jam ſuô etiam Marte conficere diſcant. Diebûs fortaſsè quinque nempè ad 54tum abſolvi poterit.

*Martiô*, *Aprilî*, *Majô* explicabitur *Candidatus Rhetoricæ*, v. g.

55. De periodo. 56. Ars periodi contexendæ. 57. De ejus amplificatione. 58. Exempla Periodorum. 59. De Tropis ex Cypriano. 60. De iisdem. 61. De iisdem. 62. De Figuris ex Candidato per additionem. 63. per detractionem, 64. per ſimilitudinem. 65. De Figuris ſententiarum. 66. Conceſſio figura eſt. 67. Exclamatio. 68. Præteritio. 69. Subjectio. 70. De Amplificatione. 71. Amplificationis rationes aliæ. 72.

De

De fabula, ſeu narratione. 73. Exempla narrationum. 74. De Chria. 75. De primo chriæ capite. 76. De eodem exempla. 77. De ſecundo chriæ capite. 78. De cauſa ex locis Rhetoricis hìc repetenda. 79. Utì & de contrariis. 80. Et ſimili. 81. De Tranſitionibus. 82. Exempla chriarum. 83.De iisdem. 84. De iisdem. 85. De ſententia. 86. De Ethopeia. 87. De loco communi, & Theſi.

*Proſodiæ pars poſterior.* 88. De pedibus. 89. De verſu. 90. De carminum dimenſione. 91. Ecclipſis. 92. Diæreſis. 93. De cæſura. 94. De Pentemimeri. 95. De Patronymicis. 96. Patronymica maſculina. 97. Præceptum 4tum. 98. De Metaplaſmo. 99. De Apocope. 100. Præceptum ſextum.

Cæteris, ſi qui ſuperfuerint, anni diebus, vel Ars Epigrammatica P. Juventii exponi; vel ex Arte Metrica, vel Candidato repeti poterunt ea, quæ magìs profutura, vel neceſſaria exiſtimaverit Profeſſor.

*Forma* hujus explanationis nihil habet ſingulare, & plana eſt Proſodia, & Ars metrica, & Candidatus alioqui exemplîs ſatìs illuſtratus. Ratio eadem, quæ in aliis Scholis, repetitio nempè heſternæ, & Prælectio nova examine interprolata.

## IV. *Scriptionis Argumenta.*

SCriptionum *argumenta* maximam partem ſolutæ orationis eſſe oportet, itá tamen, ut ſæpiùs verſus item aliqui adjiciendi exigantur. Varia ſunt omninò in hac Schola, & quæ tum prælegūtur, præceptis ferè accommodanda: Talia ſunt 1. Epiſtolæ. 2, Periodi. 3. Figuræ. 4. Narratio. 5. Chriæ. 6. Sententia. 7. Ethopeia. 8. Locus communis. 9. Carmina.

### *Primò Epiſtolæ.*

DE epiſtolarum compoſitione ità præcipit regula, quæ hìc, ſi usquam pro norma habenda eſt: *Primò Se-*

*meſtri argumentum ſcribendi ſit ad epiſtolæ ferè formam, vulgi ſermone, ad verbum.* Igitur in noſtra diviſione primîs quatuor menſibûs Novembri, Decembri, Januariô, Februariô nonniſi vernaculæ epiſtolæ dictandæ erunt, nec aliud præſtandum Tyronibus, ac ut in latinitate ac verſione ſe magis confirment.

Præter hanc verſionem eſt & alia exercitatio: *Ut ſemel ferè in Hebdomada ſuo Marte epiſtolam conſcribant, aliquô priùs epiſtolarum genere explicato.* Igitur ſubinde Proſodiæ, & Artis Metricæ alternæ explicationi, quæ in hos menſes præſcribitur, imiſcenda erunt è Candidato epiſtolica. Quia verò menſe Novembri *Loci Rhetorici* explanantur, epiſtolicæ item ſcribendi formæ illigari poterunt. En varia Paradigmatà:

*Epiſtola hortatoria, quâ Alphonſus Pater ſpiritualis, Sanchium Clientem, ad humanitatis Scholam aliò â parentibus miſſum admonet, ut ejus memor ſit:* bona conſcientia ſumma in vita voluptas.

1. *Exordium, & locus â definitione.* Auff Anhalten deiner lieben Eltern / und nach dem Vertrauen / ſo du allzeit zu mir gehabt / werdeſt du mir nicht übel nehmen / wann ich immerzu durch Brieff ein und andere gute Ermahnung zuſchicken werde. Deine Eltern haben dich als einen unſchuldigen Engl / das iſt (ohn daß du dich deſſen übernihmeſt) als einen in der Andacht und GOttes Forcht wohlgegründten Jung von ſich in die Frembde entlaſſen. Nun lebſt du in einer Stadt / wo alles den Wollüſten nachgehet / wo du viel Eytles / ja Laſterhafft- und Aergerliches ſehen und hören wirſt / dardurch dann die noch unerfahren / und unvorſichtige Jugend leichtlich in Gefahr gerathet.

*Propoſitio.* Allein erinnere dich allzeit deſſen / was ich dir ſo offt geprediget / und anjetzo nicht ſo gut begreiffeſt / als mit zuwachſenden Alter / beſſer erkennen wirſt / daß kein Unterhaltung / keine Freud über die Freud und Vergnügen eines guten Gewiſſens ſeye.

Con-

*Confirmatio à definitione.* Ein gut Gewiſſen iſt ein Schatz ſo wohl verwahret / daß er uns von keinen Gewalt / oder Liſt mag entnohmen werden ; welcher doch von vielen ſo wenig geſchätzt / und liederlich verſchwendet wird / es iſt ein Vorgeſchmach und ſicheres Unterpfand der künfftig ewigen Glückſeeligkeit ; das gute Gewiſſen / eine beſtändige Heitere des Gemüths / ſo durch keine Betrübnus-Wolcken / durch kein Ungewitter des widrigen Glücks mag verfinſtert werden ; Es iſt eine gleichſam immerwährende Maalzeit / dadurch die Seele gelabet / erquicket / erhalten wird / ein ſicherer Schild wider alle Angſt / Forcht / Gemüth Unruhe / ein Freud über alle Freuden.

2. *Ab enumeratione partium, nempè aliarum voluptatum humanarum.* Du werdeſt viele ſehen / ſo man für die glückſeeligſte / dero Leben man für einen Freuden-vollen Himmel halt / welches doch alles nur ein äuſſerlicher Schein / Farb / und Betrug / dadurch die innere Quaal verborgen wird / wann ſich zu dieſer Luſtbarkeit / nicht auch die Freud eines guten Gewiſſen ſchlägt. Einige haben ihr gantz Vergnügen in Wohl-Eſſen / Wohl-Trincken / täglichen Gaſtereyen / prächtigen und all-erdencklichen Seltſamkeiten / beſetzten Taffeln / da ſie doch unterdeſſen von dem nagenden Gewiſſens-Wurm elendig verzehret werden ; andere verſencken ſich vollkommen auff das Spielen / darinn ſie Tag und Nacht ſüſſiglich verbringen / andere beſtellen ihre Glückſeeligkeit / in allerhant Bequemlichkeit des Lebens / luſtigen Comedien und Schauſpielen / annehmlicher Geſellſchafft / außgeklaubter Muſic / luſtigen Spatziergäng / täglichen Jagen / und was dergleichen obwohl unſchuldige Luſtbarkeiten ſonſten die Welt vermag : will nichts ſagen von denen / ſo mit verbottener Lieb / mit ſchändlichen Gelüſten / wie die Schwein in dem Koth ſich ergötzen. Hätten wir alles / was unſer Aug und Hertz nur wünſchen könte / iſt alles

lauter Betrug/ alles geſtellet/ wann der innerliche Hencker das verletzte Gewiſſen alles verderbet/ und verſäuret.

3. *A ſimili.* Gleichwie auch die köſtbareſte Speiß-Werck/ was immer die Wälder an Niedlichen Wildprätt/ der Lufft an delicaten Vöglen / die Flüß und See am beſten fiſchen vermögen/ dannoch abgeſchmach und widerwärtig ſeyn ſolten / es ſeye dann / daß ſie mit Saltz / und andern Gewürtz zugericht werden/ alſo iſt alle menſchliche Ergötzlichkeit ohne wahren Geſchmach/ es ſeye dann / daß ſie mit einen guten unſträfflichen Gewiſſen gleichſam gewürtzet werden. Dieſe unglückſeelige ſcheinen mir denen Teufflen zu gleichen / deren einige (wie man ſagt) in der Lufft / andere in dicken Wäldern / oder unter-irrdiſchen Berg-Hölen wohnen / ſich offt in Königen Jähr / ja in die Englen des Liechts verwandlen / unterdeſſen ihre Höll / und dero Peynen immer mit ſich herumtragen. Sie gleichen einem mit einen heimlich-ſchmertzhafften Schaden behafften Menſchen / dieſer wird viel lachen bey Comedien / Geſellſchafften / Muſicen ſich munter und luſtig anlaſſen / dardurch aber der heimliche Wehe-Tag nicht geſtillet / ſondern noch mehr geſchärffet.

4. *A contrario & enumeratione Miſeriarum humanarum.* Herentgegen gib mir einen Menſchen ſo elend/ als er nur ſeyn mag / hat er doch in all ſeinen Widrigkeiten / einen kräfftigen Troſt / eine unfählbare Linderung / von dem guten Gezeugnus ſeines Gewiſſens; geſetzt er werde mit langwürig- und empfindlichſten Kranckheiten geſchlagen / ſo wird der Leib getroffen / das Gemüth mit nichten gekräncket. Geſetzt er lebe in der äuſſerſten Armuth / und Verachtung / von allen verlaſſen und verachtet / wird ihm dieſer Laſt viel ringer / wann er gedenckt / der reiche und getreue GOtt werde ſein Belohner ſeyn; laſſe einen ehrlichen Mann mit häßlichiſten verlämbdungen in der gantzen Stadt/

und

und vor Gerichtern angefochten werden/ wird es wohl empfinden / doch ſich nicht beſtürtzen / ſo lang ihm ſein innerlicher Richter ein gut Gezeugnuß gibet. Ja in den Todt ſelber / ſo das äuſſerſte Ubel iſt / iſt das gute Gewiſſen der eintzige Troſt und krafftigiſte Labung.

5 *A cauſis* Was könte aber eine gröſſere Ruhe und Zufriedenheit verſchaffen / als wann mich mein Gewiſſen gleichſam verſichert / daß ich vor dem groſſen GOtt nicht allein nichts zu förchten habe / ſondern in ſeiner Freundſchafft ſtehe / ja an Kinds-ſtatt / und zu einen Erben ſeiner ewigen Güther angenommen ſeye; daß wann er mich gleichwohl mit harten Zufällen heimſuchet / dannoch ſeine Gnad zum Unterpfand habe Ja wann wir auch an Chriſtliche Glaubens-Geheimnuſſen (cauſa alia) nicht gedencken wollen/ ſo lehren auch die Weltweiſe / die Tugend ſeye ihre ſelbſt-eigene Belohnung / vor ſich ſelbſt ſo annehmlich / ſo beharrlich / ſo erfreulich / dergleichen auch die glückſeeligiſte laſterhaffte niemahl verkoſtet haben; indeme ſie von ihren eigenen Gelüſten gequellet / Tag und Nacht keine wahre Ruhe finden / ihr geſchädigt Gewiſſen / als eine einheimiſche Furia immer vor Augen zu haben gezwungen werden; Endlichen alle Augenblick zu beförchten haben / daß ſie ihrer Gelüſten bald ein End haben / und ewiges Unheyl auff ſie warten möchte.

6. *Ab adjunctis Memoriæ.* Dann gleichwie einen Schuldner ſeine ſchwäre Schulden nicht auß dem Sinn fallen mögen / alſo mögen ſie ſich des häßlichen Angedencken und Vorbildung ihrer ſchändlichen Laſtern nicht entſchütten (*intellectûs*) erkennen zwar ihr Elend/ ohne daß die Erkanntnus ſo ſtarck wäre / ſich dieſer ihrer Banden / und gefährlichen Eytelkeiten loß zu machen (*Voluntatis*) Da im Gegenſpiel in einen guten Gewiſſen nicht als / Ruhe / Zufriedenheit ihr Herberg nehmen / und all Angſt / Mißtrauen / und Traurigkeit abweichen müſſen (*frontis*, *oculi*) ſie haben

nicht Urſach ſich vor jemanden / auch ſcharffeſten Richtern zu erſchröcken / zu erbleichen / oder ſchamroth zu werden / ja ihr innerliche Freud der Schein der Tugend ergieſſet ſich in ihr heiteres Aug / muntere Stirn und gantzes Angeſicht (*auditûs*) dieſes innerliche gute Gezeugnus iſt über alle lieblichſte Muſic und Saiten-Klang (*temporis*) dieſer angenehme Gefährt laſſet ſich weder bey Tag / noch Nacht / noch im trüben als guten Wetter von unſerer Seithen / (*loci*) und weil er ſeinen Sitz mitten in unſeren Hertzen auffgeſchlagen / mag er von niemand als von uns ſelbſten vertrieben werden.

Talia inquam themata primi menſis eſſe poterunt, ut explanationi locorum Rhetoricorum reſpondeant. Pro cæteris tribus menſibus usque ad Martium varii generis epiſtolæ eſſe poterunt, ſeu è vernaculo vertendæ, ſeu ſuo Marte ad imitationem dictatarum componendæ, quarum longiora quæpiam, breviora alia Paradigmata adjicio:

*Epiſtola diſſuaſoria, quâ Petrus, fratri Antonio Mercatori Author ſit, ut Filium Edmundum nullius ſpei puerum abſolutâ Syntaxeos Scholâ, â Studiis amotum ad mercaturam traducat.*

*EXordium.* Obwohlen ich deine in Verweſung deines Hauß-Weeſens beywohnende Klugheit / die keines frembden Raths bedarff / gar wohl erkenne / weilen du doch umb mein wenig Gutachten ein und andermahl mich belanget / und ich deiner Kinder wohl seyn / für das meinige erachte / alſo habe hiemit / was deinen Sohn Edmund betrifft / brüderlich eröffnen wollen.

*Propoſitio cum Narratione.* Ich höre von guten Orthen / daß er zwar die vierdte Schul geendiget / aber nur dem Nahmen nach / und von allen als ein gar elender Student angeſehen werde / noch einige Hoff-

nung

nung und Anzeigen gebe / als ſolte etwas rechtſchaffe⸗
nes auß ihm werden. Darumben dann mein unvor⸗
greiffliche Meynung wäre ; du ſolleſt ihme den Man⸗
tel benehmen / nach Hauß beruffen / zu der Schreib⸗
und Rechen⸗Kunſt / und folglich zu der Handlung /
oder in eine Cantzley anhalten / oder zu was anders er
Luſt zeigen ſolte.

*Confirmatio* 1. *ab Honeſto.* Dann gleichwie nichts
ſchätzbarer als ein von Natur gelehrniger / wohl kön⸗
nender Knab / alſo nichts elenders / als ein ſchlechter
Student. Nun iſt dir lieber Bruder bishero zu ſchlech⸗
ter Ehre und Freude gereichet / daß dein Kind immer
ſich um das letzte Orth in der Schul gezancket / von
ſeinen Schul⸗Geſpänen veracht / von dem Magiſter
wenig angeſehen / und ſchier für einen Außwürffling
der Schul gehalten worden.

2. *A difficili.* So gibt ſich auch wenig Hoffnung /
das er ſich hinführo erſchwingen ſolle. Dann einmahl
da der Grund abgehet / kaum weiter mag gebauet wer⸗
den / und hier das gemeine Sprichwort Platz findet /
wo in den unteren Schulen der Baum hingefallen / da
ligt er. Und wird er unmöglich zu Leſung der Autho⸗
ren / Fertigkeit in Lateiniſcher Sprach mögen gebracht
werden / ohne welches in den oberen Schulen kein Fort⸗
gang zu machen.

3. *A noxio.* Unterdeſſen werden die blühende Jahr
ſeiner Jugend unnutz verſtreichen / groſſe Unkoſten zu
Nachtheil anderer Kinder gemacht / und damit nichts
gewonnen / als daß er den Müſſiggang alſo angewöh⸗
ne / daß er hinführo zu keiner beſtändig⸗und ernſthafft
ten Arbeit zu bringen ſeyn wird.

4. *A periculo.* Ja es iſt zu befahren / daß nebſt
dem / daß er in Wiſſenſchafften nichts erlehrne / auch
an guten Sitten und Chriſtlicher Aufführung Schaden
leyde / und gibt es die Erfahrung / daß die Knaben /
ſo im Studieren kein Freud haben / bald andere Poſ⸗
ſen

ſen in Kopff ſetzen / zu liederliche Purſch ſich ſchlagen / Ehrbarkeit und Schamhafftigkeit / ja den Gehorſam gegen die Eltern verliehren / zu allen Sachen untüchtig werden / und offt elendiglich verderben.

5. *Confutatio.* Du ſchreibeſt mir zwar / er habe groſſen Luſt / wolle von ſtudiren nicht außſetzen / bitte und weyne / ſo offt man darvon Meldung macht: allein magſt du ihm ſchon glauben / und ſeinen Verſprechen trauen / wann er ſtath der Wort / das Werck auffweiſen wird / ein Vatter ſolle geſcheider ſeyn / noch durch Bitt und Zäher eines Kinds / ſondern deſſen wahre Nutzbarkeit beobachten. Er verlangt nicht ſoviel länger zu ſtudiren / als länger zu faulentzen / hat ein Abſcheu vor bevorſtehender Arbeit unter Vätterlichen Augen. Dieſes iſt der geſtelte Luſt zum ſtudiren. Du verlangeſt aber / daß er wenigſtens die 6. Schulen durchlauffe / und etwas beſſer das Latein begreiffe / verſichere dich aber / daß er ſchon ſo viel erlehrnet / als ihm in der Händlung oder Cantzley Nutz oder nöthig iſt / herentgegen je länger er in der Schul gelaſſen wird / deſto härter darvon werde abzubringen ſeyn.

*Epilogus.* Bitte alſo werther Bruder / du wolleſt die Sach beſſer überlegen / bey erfahrenen Geiſtlichen Rath pflegen / und was ich da geſchrieben / einer brüderlichen Lieb und Vertrauen zuſchreiben. Crembs.

*Epiſtola ſuaſoria, quâ Pertholdo Philoſopho abſoluto, ejus quondam in humanioribus Profeſſor Gothardus ſuadet, ut præter Juris ſtudium, etiam Gallicæ linguæ acceſſoriam operam det.*

*EXxordium.* Laudat Pertholdum, quòd ùt in amœnioribus, ità in Philoſophicis inter primores ſuorum fuerit.

Ich habe von der Zeit deiner Abweſenheit ſehr viel Lobwürdiges von dir ſprechen gehört / was maſſen du / wie

wie in den untern / alſo auch obern Schulen niemands etwas nachgegeben / unter die erſte Magiſtros Philoſophiæ gezehlet worden / und welches vielmehr zu beloben / annoch vorige Unſchuld / Andacht / Sittſamkeit an dir zu ſehen ſeye: Welches mich deſto mehr erfreuet / weil ich mir geduncke befugt zu ſeyn / an deinen Lob einen Theil zu nehmen.

*Propoſitio.* Suadet, ut vacua tempora diſcendæ Gallicæ impendat. Ein rechtſchaffener / wohlgeübt / und gegründter Philoſophus, wie du biſt / findet keine beſondere Härtigkeit in dem Studio Juridico, welches dir dann ſehr viel Stunden übrig laſſen wird / ſo von manchen deinen Collegis zur Eytelkeit / Müſſiggang oder ſonſten / von dir aber nicht beſſer mögen angelegt werden / als wann du dich mit allen Ernſt auff Erlehrnung der Frantzöſiſchen Sprach verlegeſt / wie du auch anderemahl von mir gehört.

*Confirmatio* 1. *ab honeſto.* Plurium linguarum periti meritò æſtimantur, præſertim Gallicæ, ùt hodie mores ſunt. Mehrers Sprachen können / machet dem Menſchen kein geringen Anwerth und Anſehen. Die ſelber Zeit noch ziemlich ungeſchickte Römer / ſagten von ihren Poëten Ennio, er habe drey Hertzen gehabt / weil er nemblich Lateiniſch / Griechiſch / und Puniſch geredet. Mit der Frantzöſiſchen iſt es nun dahin kommen / daß die auch von miteren Adl ſich ſchier für eine Schand halten / ſelbiger unkündig zu ſeyn.

2. *Ab utili.* In omni conditione hominum magnus eſt hujus linguæ uſus. *Enumeratio.* Wer da mit dem Hohen Adl viel umgehen / oder zu höheren Geſchäfften ſich will gebrauchen laſſen / der ſich auff den Kauff-Handl verlegt / und etwan groſſe Reyſen zu machen hat / der ſich in denen Wiſſenſchafften einen Nahmen machen will / oder etwan vornehmen Kindern als Hoffmeiſter vorzuſtehen geſinnet / kan dieſer Sprach nicht empören; ja auch Frantzöſich könnende Köch / Schneider / Schuſter /

ſter / Laqueyen müſſen ſchon etwas beſſers ſeyn / als ein purer Teutſcher.

3. *A neceſſario.* Gallicam jam eſſe propè linguam litterariam, itaque ſcientiarum avido neceſſariam. Der aber eine Wiſſenſchafft / die ſie immer ſeyn möge / gründlich / und in der Vollkommenheit zu begreiffen trachtet / dem iſt dieſer Werckzeug höchſt nöthig: ein Prediger findet in dieſer Sprach ſo außbündig außgearbeitete Predig / ein ſo groſſen Vorrath und Behuff / als villeicht in keiner andern; ein Hiſtoricus, Mathematicus, Medicus, Chirurgus, Philoſophus findet allda die ſchönſte Gedancken / neue Erfindungen / indeme die ſo ſinnreich und embſige Nation wenig in Latein / meiſtens in ihrer Mutter-Sprach heraußgeben / daß alſo ein dieſer Sprach unerfahrner / ſich dieſe ſo reichliche frembde Waaren nicht mag zu Nutzen bringen. Ich muß dir geſtehen / daß gleichwie Cato 60. jährig die Griechiſche zu lehrnen angefangen / alſo auch ich ſchon wohl bejahrt / dieſer Bücher halber an das Frantzöſiſche mich gemacht.

4. *A jucundo.* Etſi, optimi quique Gallici libri tranſlati ſint, jucundius tamen in ſua lingua legi. Es iſt zwar nicht ohne / daß eine Menge der beſten Frantzöſiſchen Büchern ſchon in das Lateiniſch- oder Teutſche gebracht / wie dan manche dergleichen Überſetzungen für die nutzlichſte Zeit-Vertreibung halten. Allein hat ein jede Sprach ihr beſondere Krafft und Zierlichkeiten / die in keiner andern ſo mögen außgedruckt werden / und iſt kein Waſſer ſüſſer / als das man auß den Bronnen ſelbſt ſchöpffet.

5. *A facili.* Significata facilè ex affinitate vocum cùm Latina diſcuntur, nec impedita eſt admodùm grammatica. Es ſolle dich auch die hierin eingebildete Schwärigkeit nicht abſchröcken / wir ſehen ja / daß kleine Knaben und Mägdlein gar bald etwas lallen / und einige Sprachmeiſter in einen halben Jahr ihre fähigere

gere Scholaren ſo weit bringen / daß ſie fertig reden und ſchreiben mögen. Obgleich die Außſprach und Schreib-Arth ſeltſam / ſo iſt doch ihr Grammatic kurtz und von nicht beſonders vielen Reglen. Die Bedeutnus deren Worten hat mit der Lateiniſchen eine groſſe Verwandſchafft ; und wann nur das gröbſte gehoben / kombt das übrige auß der Leß- und Ubung von ſich ſelbſt.

6. *Confutatio, ſeu à tuto.* Non eſſe periculum, ut inde jura negligat, vel Nationi nimiùm afficiatur. Ich hab mich gar nicht zu beſorgen / daß du etwan wegen dieſer Neben-Arbeit das Hauptweſen / das Studium Juridicum, und folglich die Fortun künfftigen Lebens verabſaumeſt / welches ein groſſer Unverſtand wäre. Habe mich auch nach deiner bekannten Klugheit nicht zu beförchten / daß du hierdurch ein zu groſſe Neygung zu einer frembden Nation gewinneſt / welches einen guten Teutſchen gar unanſtändig. Ich bin alſo geſinnet / daß wann auch im Tartariſchen ſchöne Bücher ſolten zu finden ſeyn / ich mich ohne verweil / ſolche zu verſtehen / bemühen wolte / ohne eine beſondere Lieb zu dieſem häßlichen Volck zu fangen.

*Epilogus.* Will verhoffen / du werdeſt dieſen mein beſt-geſinnten Rath nicht übel nehmen / und nach Ableſung deſſen alſobald den Entſchluß faſſen / mit einer nicht zu groſſen Mühe von etlichen Monathen ſo gewünſchte Früchte zu ſamblen / deren es dich dein lebtag nicht gereuen ſolle.

En & Paradigmata breviora, vernaculè dictanda.

*Conſolatoria, quâ amandus vir Religioſus Annam ſororem minorem natu de obitu Matris conſolatur.*

*EXordium.* Ipſe quamvìs mundo demortuus optimæ matris obitu ſic tactus ſum, ut conſolatore egerem. Ego verò hìs me cogitationibûs è profundo mœrore erigo, & ut tu te erigas velim.

Con-

*Confirmatio* 1. *â communi hominum conditione.* Nunquam ignoravi, matri me mortali genitum, atque ut parentibus præcocem ſæpè filiorum mortem, ità prolibus maturam parentum æquô animô ferendam.

2. *A Dei voluntate.* Quâ die nata fuit, ſtatuta item eſt hora, quâ ad eum redeat, â quo animam nacta eſt. Nimiùm plorare, idem ſit, ac Dei voluntates incuſare.

3. *A mali brevitate.* Equidem jacturam tantàm dum vivemus, acerbè ſentiemus, minuet tamen dies dolorem.

4. *Ab aliorum exemplis.* Oculis, animisque obito totam tuam viciniam, an domum ullam ſinè pupillis præ infantia ſui impotentibus, vel ſinè orbis, aut mortibus inopinatis reperies.

5. *Elevando malum.* Supereſt Pater amantiſſimus; obtigit hæreditas non contemnenda; eâ es ætate, ut ipſa tibi conſulere poſſis.

*Epilogus.* Pios manes orationibûs potiùs proſequamur, eáque vitæ caſtimoniâ, quâ commereamur, præeuntem ad beatas illas ſedes conſequi.

## Petitoria.

*Quâ Arnoldus â Patre Senatorio pecuniolas aliquas petit, ad coëmendos optimæ editionis claſſicos.*

*EXordium.* Ne impudens flagitator videar, vix auſus ſum â Patre adeò hactenus liberali, & cui tot proles alendæ, novum inſuper quid petere.

*Propoſitio.* Suaſit Profeſſor, ut præter fragmenta operi Scholaſtico inſerta, Authores ipſos, Ciceronis orationes ac epiſtolas, Virgilium, Ovidium, Cæſarem, Curtium, Cornelium, notîs idoneîs, venuſtô typô, tolerabilî pretiô, Venetiîs excuſos compararemus.

*Propoſitio â facili.* Tantus theſaurus, neceſſaria hæc arma fortaſsè, ùt ait pretium - - fl. non excedunt, quos libenter ê mea filii portione mihi detrahi patiar.

2. *Ab honeſto.* Quot ſunt degeneres, qui paternâ indul-

indulgentiâ in popinas, ludóſve abutuntur, ego rem peto in omnem vitam mihi profuturam. Nec enim Juveni tantùm legendi, ſed reliquâ ætate reguſtandi erunt iidem libri.

3. *Ab utili.* Si ſuppellex hæc deficiat, fruſtrà ſunt impenſæ tantæ, quæ curriculi ſcholaſtici tempore faciendæ ſunt. Quot egregia ingenia majores longè progreſſiones feciſſent, ſi idoneorum librorum copia fuiſſet.

*Epilogus.* Efficiam meâ diligentiâ, ut paternam hanc gratiam, in filium nec immerentem, nec immemorem collatam agnoſcas.

## *Commendatoria.*

*Quâ Magiſter diſcipulum Ludovicum, nobili locô natum, ſed utroque parente dudum orbatum Dietrichio opulento ac improli ſeni alendum, tuendúmque commendat.*

*Exordium.* E diutura, quæ mihi tecum fuit, conſuetudine, videbar animi tui receſſus perſpexiſſe, ad benefaciendum non minùs propenſi, quam iis opibûs ornati, quibûs benefacere ſi velis, poſſis.

*Propoſitio.* Eſt mihi adoleſcens Cæſarei pro-tribuni filius, qui in Sicilia in acie cecidit, matre item prænobili fœminâ haud diù pòſt elatâ, rerum adeò egens, ut corrogatâ propè ſtipe vivendum ſit.

*Confirmatio* 1. *á perſona commendantis.* Hunc tuæ charitati commendandum duxi, miſeratione Adoleſcentis optimi motus, qui ùt in diſciplinam meam traditus eſt, ità me Patris animum induere oportere exiſtimo.

2. *A perſona commendati.* Moribûs eſt probatiſſimîs, ingeniô erectô, ſerius, minimè petulans, ſciendi avidus imprimis, cultus, & aliâ fortunâ dignus, eáque ætate, quâ ſe ipſe juvare nequeat.

3. *Ab honeſto.* Cùm in mendiculos, Xenodochia, & omnis generis pauperes effuſa adeò ſit liberalitas tua,

nuſpiam certè collocabitur meliùs, atque ſi tam bonæ ſpei Juvenem, ejúsque egeſtatem ſubleves.

4. *A facili.* Non peto, ut filium tibi adoptes, aut ſumptus majores facias; ſat munificus eris, ſi unô alteróve annô tenuis victûs pretium perſolvas, dum per ætatem ipſe conſulere ſibi poſſit.

5. *Epilogus.* Dum vivet, memor erit tui, séque filium, & tanti Mecœnatis æternum clientem agnoſcet.

Epiſtolarum porrò propriô Marte conſcribendarum argumenta vel *Hiſtorica* eſſe poterunt, vel *Juvenilia* de rebus ad hanc ætatem pertinentibus, vel *civiles* de negotiis in vita civili tractari ſolitis. v. g.

## *Epiſtolæ Hiſtoricæ.*

S*Uaſoriæ.* Suadet Senatus Auguſto, ne, quod meditabatur, Imperium deponat.

*Amici*, *Galbæ*, ne T. Vinio nimiùm ſe indulgeat, cum omnium offenſione.

*Præfectus Prætorii Pertinaci*, ne intempeſtivâ ſeveritate legiones â ſe alienet.

*Titus Hieroſolymitanis*, ut ſe dedant.

*Diocletianus Maximiano*, ut ſuô exemplô Imperium ultrò abdicet.

*Hortatoriæ.* Hortatur *Arminius Germaniæ* populos ad concordiam.

*Senatus Tiberium*, ne Serano nimiùm fidat.

*Plautius Proc. Claudium*, ut ipſe coram ad Britanniam pacandam proficiſcatur.

*Fauſtina Auguſta Trajano ſuo*, ut vinô moderatiùs utatur deinceps.

*Antonius Pius Ælio Vero fratri*, ne ſe in voluptates Aſiaticas adeò effundat.

*Conſolatoriæ. Conſolatur Druſus Auguſtum*, ob cladem Quintiliani Vari.

*Ovidius Liviam Auguſtam* ob mortem Druſi filii, qui in Germania morbô perierat.

Con-

*Conjux Ovidii* Maritum exulantem.

*Juſtinus Martyr Chriſtianos* ſub Nerone peſſimè afflictos.

*Mecœnas Auguſtum* ob probra & neceſſarium auxilium filiæ Juliæ mæſtum.

*Petitoriæ. Ovidius ab Auguſto* mitius exilium.

*Otto â Vitellio* petit, ut Collega in Imperii ſocietatem admittatur.

*Senatus â Tyberio*, ut â Capreis Romam redeat.

*Senatus â Veſpaſiano*, ut Vitellium tollat.

*Commendatoriæ. Livia Tyberium Privignum* Auguſto pro ſucceſſore commendat.

*Juſtinus Martyr Antonio* Chriſtianos innocentes.

*Senatus Nervæ Trajanum* pro Succeſſore.

*Laudatoriæ.* Antonini Pii, quòd Senatui plurimum deferat.

*Funebris. Tito* delicio humani generis.

*Claudio Imper.* quòd delatores extirpârit.

*Auguſto*, quòd Templum Jani clauſerit.

*Accuſatoriæ*, ſeu *Reprehenſoriæ.* Incuſat *Seneca Neronem* ob Matricidium.

*Valerianus Galienum* Filium impietatis ac ceſſationis causâ.

*Domitianus* quòd Deus haberi velit, & Domin

*Valentinianus Junior* ob cædem Ætii.

*Julianus* ob turpem Apoſtaſiam.

*Theodoſius Junior* ab *Ambroſio* reprehenditur, ob lanienam Theſſalonicenſem.

*Gratulatoriæ. Agrippa Auguſto* victoriam Actiacam gratulatur.

*Chriſtiani* Fulminatrici legioni.

*Aquilejenſes* Romanis ob ſublatum Maximinum Tyrannum.

*Indiæ Reges Trajano* ob rerum geſtarum gloriam.

*Gratiarum Actoriæ. Cinna Auguſto* gratias agit ob veniam criminis læſæ Majeſtatis.

*Sirmienſis Colonia Probo Imperatori* civi ſuo ob vites in Pannoniam primùm invectas.

*Veſpaſianus Agricolæ* ob rem in Britannia benè geſtam.

*Germani Alexandro ſevero* ob ſervatam diſciplinæ Militaris ſeveritatem.

*Gratianus Theodoſio* ob Tyrannos, Gothósque multìs præliís domitos.

## *Epiſtolæ Juveniles.*

S*Uaſoriæ.* Præceptor ſuo olim Diſcipulo, ne fidibûs diſcendô, tempus perdat.

*Eidem*, ut Geographiæ ſe ſtudio impendat.

*Condiſcipulus condiſcipulo*, ut gradu Philoſophico ſe initiari curet.

Parenti, ne filium in Lutheranam Academiam ſtudiorum causâ dimittat.

*Hortatoriæ.* ut ne vacationum diebûs ſtudium omne ſeponat.

Ut in arrepto religionis amplectendæ propoſito perſiſtat.

Ut totô conatu Hiſtoriæ ſtudium perſequatur.

Ut ne Poëticam negligat, velut inutilem.

Parens filium, Pædagogo ſe deinceps morigerum magis præbeat.

*Conſolatoriæ.* parentis ob mores improbos filii degeneris.

Cujuspiam dolentis repulſam â religione.

Cujusdam ob ſiniſtram, & ſtudiorum curſui inimicam valetudinem.

Cujusdam ad ſororem ob formam ê variolis perditam.

Cujusdam, quem litterarii præmii referendi ſpes fefellerat.

*Petitoriæ.* Stipendii vel Alumnatûs in convictu.

Pecuniæ ad honeſtam recreationem.

Veſti-

Veſtitûs paulò honeſtioris.

Libellus ſupplex ad monaſterium petentis.

Pecuniæ pro defenſione Philoſophiæ.

*Commendatoriæ.* Parens filium Magiſtro.

Magiſter parenti Alonſum pro Pædagogo filii commendat.

Profeſſor ſuum olim diſcipulum Juris Publici Profeſſori.

*Laudatoriæ.* Magiſter Parenti filium ob diligentiam, moréſque probos dilaudat.

Græcium ad ſtudia miſſus filius eam Urbem laudibûs extollit.

Hoſpitis, apud quem in victu degebat, humanitatem filius Matri commendat.

*Reprehenſoriæ.* Filii, ob pecunias luſu perditas, & contracta nomina.

Ejusdem ob perpetuum cum fratre diſſidium.

Quòd cum dedecore ne aſcenſum quidem ad altiorem Scholam commeritus ſit.

Quòd immundus, neglectus, ſqualidus incedat.

*Gratiarum actoriæ.* Condiſcipulo ob honorem ſuum de calumniatore vindicatum.

Ob pecuniam pro defenſione Philoſophiæ largiter ac promptè ſubmiſſam.

Medico ob ſingularem curam ægrotanti periculosè filio adhibitam.

Profeſſori prioris anni ob labores, & charitatem ſibi impenſam.

*Gratulatoriæ.* de reportato præmio.

Matri filius gratias agit, de reconciliata ſibi Patris gratia.

Parenti de recuperata valetudine.

Condiſcipulo ad ordinem religioſum recepto.

Ob feſta Natalis Domini, novi anni, diei luſtricæ &c.

# *Epiſtolæ Negotioſæ.*

*Suaſoriæ.* Amicus amico, ne hortum aut villam animi causâ emat.

Amico provectæ admodùm ætatis, ut curas in filium adultum transferat.

Ne danubiô Belgradum eat, ſed terreſtri potiùs itinere utatur.

Ne munus quodpiam rationibus Magiſtratui reddendis obnoxium ambiat.

*Hortatoriæ.* Ut temporibûs adeò durîs, ſumptibus moderetur.

Ut librum diu preſſum denique in lucem emittat.

Ne pecuniam mutuam det, niſi hypotheca certa pro cautione ſit.

Ut ædificatione cœpta ſabſtineat.

*Conſolatoriæ.* ob vineas grandine percuſſas.

Cujusdam, qui causâ in foro ceciderat.

Ob repulſam dignitatis ſenatoriæ.

Ob aſperſam ab invidis gravem infamiam.

Ob egeſtatem, in quam nullâ ſuâ culpâ delapſus fuerat.

*Petitoriæ.* Debitor â creditore in cuſtodiam traditus ſolvi petit, ſolutionem ſpondens.

Vicini Filiam filio ſuo ſponſam petit.

Amicam transactionem annoſæ litis.

*Commendatoriæ.* Filium militiæ adſcriptum parens commendat centurioni.

Præſidi Tribunalis, cauſam amici commendat.

Arnulphus Capellanum ſuum ad Cæſar. beneficium.

Amico filium ad viſendas Provincias miſſum.

*Laudatoriæ.* Recèns creatum Præſulem, ejûsque dotes extollit.

Norimbergâ tranſiens ejus Reipublicæ Inſtituta, moréſque.

E caſtris accuratam Militarem diſciplinam commendat, ac rerum abundantiam.

Re-

*Reprehenſoriæ.* Quòd arcanum creditum effutierit, nec ſinè periculo.

Quòd præproperè, nec dotatam uxorem duxerit.

Quòd decoctori noto pecunias ſanè improvidè crediderit.

Filius Majorennis tutorem ob tutelam non fideliſſimè adminiſtratam incuſat.

Quòd ſibi in petitione conſulatûs obſtiterit.

*Gratiarum actoriæ.* Servi Bohemi, ob libertatem ab hero donatam.

Amico, quòd vadem ſe amico præſtiterit.

Amico Ratisbonam, quòd ipſius cauſam non minùs fideliter quàm feliciter egerit.

Cliens tutori optimo gratias refert.

*Gratulatoriæ.* Quòd à Principe in Conſiliarios adlectus ſit.

Quòd hæreditas opulenta & inopinata obtigerit.

Cognato viro Religioſo, quod Abbas electus.

De obtento præpingui beneficio. &c.

Conſultò argumenta plura attuli, quòd non pro epiſtolis tantùm, ſed & Elegiis, & aliis Progymnaſmatis ſervire poſſint.

## 2dò. *Exercitium Periodorum.*

Alterum ab epiſtolis ſcriptionis ac exercitationis genus ſunt Periodi diverſæ formæ. Harum thema ferè ſingulæ ſunt ſententiæ. Jubebuntur autem primò vinctam, ac particularum nexibûs ligatam periodum facere, tum verò amplificatam, & adjunctis *quis*, *quid?* conveſtitam: v. g. Homini nihil infeſtius ſe ipsô, fiat 1. *Bimembris*: etſi homini multi ſunt hoſtes, nemo tamen inimicior ac ipſe ſibi.

*Trimembris.* ùt nemo in mundo eſt, qui non adverſantem ſibi quem habeat, ità nemo hoſte utitur acerbiore, ac ſemet. *Quadrimembris.* Etſi prima ſit homini de ſeipſo lex, tamen adeò infenſus ſibimet eſt hoſtis, ut

 ſini-

ſi nihil uſpiam extrà læderetur, ſibi tamen ipſi moleſtiam dolorémque crearet.

*Ignavi, ut terebra, officium non præſtant, niſi adacti.* Periodus bimembris amplificata á Definitione Rhetorica. Quemadmodum terebra niſi vi infixa, validéque circumacta lignum non penetrant, ita *ignavi*, qui turpi languore ſoluti, ceſſatione nihil turpius habent, ſomno indulgent, laborem omnem perhorreſcunt, *officium non præſtant*, ab enumeratione. Nec penſum lectionum mandant memoriæ, nec imperatam ſcriptionem ſtudiô elaborant, nec bonos authores contingunt, *niſi adacti* dedecore, minîs, verberibûs aut verberum metu compulſi.

Si moralium ejusmodi ſententiarum ſylvam bene magnam ſibi comparârit, ac ad manum habuerit Profeſſor, magnô ad themata invenienda, & exercendos ſuos adjumentô ſibi futurum ſentiet. Extant libelli ejusmodi Ciceronis, Virgilii &c. ſententiosè dictîs conſcripti, alias in authorum Indicibus ſubjiciuntur. Quam elegantes ſunt, ut de aliis nihil memorem, Stradæ noſtri, & Pallavicini gnomæ. Idem præſtant lecta adagia; quanta porrò horum copia in ſancto Evangelio, in proverbiis Salomonis, Eccleſiaſtico &c. A Patribus &c. Pro ſpecimine ſint paucula, v. g.

## *Gnomæ Virgilianæ.*

QUisque ſuos patimur manes.
Nimiùm ne crede colori.
Trahit ſua quemque voluptas.
Jovis omnia plena. D*ei præſentia.*
Labor omnia vincit improbus.
Fatô prudentia major.
A teneris conſueſcere multum eſt.
O fortunatos nimiùm, ſua ſi bona nôſſent, agricolæ.
Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.
Carpit enim vires paulatim, uritque videndô fœmina.

Fu-

Fugit irreparabile tempus.
Durate, & rebus vosmet ſervate ſecundis.
Una ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Quid non mortalia cogis pectora, auri ſacra fames?
Fata viam invenient.
Degeneres animos timor arguit.
Nusquam tuta fides.
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Varium & mutabile ſemper fœmina.
Superanda omnis fortuna ferendô eſt.
Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito.
Facilis deſcenſus averni, ſed revocare gradum &c.
Audaces fortuna juvat.
Stat ſua cuique dies; breve & irreparabile tempus omnibus eſt vitæ.

## *Ovidianæ.*

HEu quàm difficile eſt, crimen non prodere vultu! Dicíque beatus ante obitum nemo, ſupremáque funera debet.
Seris venit uſus ab annis.
Studio minuente laborem.
Quantum mortalia pectora cæcæ noctis habent?
Nulla eſt ſincera voluptas, ſollicitúmque aliquid lætis intervenit.
Credula res amor eſt.
Sibi quisque profectò eſt Deus; ignavis precibus fortuna repugnat.
Paupertatémque ferendô effecêre levem.
Quidquid Superi voluêre, peractum eſt.
Mite Deûm Numen.
Labitur occultè, fallítque volubilis ætas, & nihil eſt annîs velocius.

*Ex Elegiis.* Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum, tempore ſic duro &c.

Quo

Quo pede cæpiſti, ſic bene ſemper eas.
Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Nil non mortale tenemus, pectoris exceptîs, ingeniíque bonîs.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Ingenio ſtimulos ſubdere fama ſolet.
Sæpè creat molles aſpera ſpina roſas.
Nil niſi quid prodeſt, charum eſt.
Cum feriant unum, non unum fulmina terrent.
Cunctarum novitas gratiſſima rerum.

## *Ex Juvenale.*

PRobitas laudatur, & alget.
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.
Grex totus in agris unius ſcabie cadit, & porrigine porci.
Nemo repentè fuit turpiſſimus.
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat res anguſta domi.
Omnia Romæ cum pretio.
Ventre nihil novi frugalius.
Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis.
Plurima ſunt, quæ non audent homines pertusâ dicere lænâ.
Facies, non uxor amatur.
Nullum crimen abeſt, facinúſque libidinis, ex quo paupertas Romana perit.
Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.
Nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.
Pone iræ fræna, modúmque, pone & avaritiæ.
Quædam cum prima reſecentur crimina barba.
Lingua mali pars peſſima ſervi.

## *E Stobæo.*

NUllam domum invenies ſinè malis.
Soli cæleſtes inter ſe ſinè invidia degunt.

Ani-

Animâ valere præoptes, quàm corpore.
Mentiri animi puſilli eſt, vel vani.
Summa in vita voluptas bona conſcientia.
Vinum ſpeculum eſt mentis.
In bello ferrum dominatur, in pace eruditio.
Artes omnes docuit neceſſitas.
Iratus ab inſano tantùm tempore diſtat.
Magna fortunæ dona non ſunt ſinè metu.

## *Ex P. Syro Mimo.*

SPes præmii, laboris eſt Solatium.
Bona fama tutior pecuniâ.
*Diſcipulus prioris eſt poſterior dies.*
Formoſa facies, muta commendatio.
Exeritur opere nequitia, non incipit.
Furor fit ſæpè læſa patientia.
Graviſſimum eſt imperium conſuetudinis.
Honeſtus rumor alterum patrimonium.
Injuriarum remedium, oblivio.
Infidelis Recti Magiſter, eſt uſus.
Repentè dives nemo factus eſt.
Secretò amicos admone, lauda palàm.

## 3*tiò. Exercitium Figurarum.*

UNum ſaltem figurarum exercitium fieri deberet, uberiore tractatione ad Rhetoricam dilatâ. Paradigmatis Candidati unum adjecero, v. g.

*Animâ valere præoptes, quàm corpore.*

*Antithesis* Anima immortalis, mortale corpus & hodiernum; illa Dei capax, hoc cum belluis commune, illa demiſſus ex æthere ſpiritus, hoc ex argillæ maſſa compactum &c. *Apoſtrophe.* Beati cælites, qui temporariis hîs exuviîs depoſitîs in cæleſtibus illis ſedibus æternùm gaudetis? ecquid huc viam ſtravit? quæ vobis in vita cura princeps? curandi corpuſculum, an animum ad æternam illam legem componendi? &c. *Communicatio.* Ipſos vos appello Mancipia voluptatum, ôs vobis

erit

erit, ut dicatis, parùm intereſſe, dum corpori ritè ſerviatis, quid anima agatur? *Conceſſio.* Non prohibeſſo, quin ſenſibus indulgeatis nonnihil; non cupio, ut ſinè omni jucunditate vitam agatis, id verò inſanum, brevi peritura bona ità conſectari, ut de ſempiternis illis nihil uspiam cogitetis. &c. *Correctio.* Imò haud rectè dixi, cum monui, ut animâ valere præoptes; hoc enim unum expetendum; nihil optabile niſi bonum, nec bonum, niſi quod bonos facit, virtus ſcilicet, quæ vera eſt animi, animi autem? quin hominis valetudo &c. *Deprecatio.* Per quidquid vobis charum obteſtor, ne unquam elabi ſinatis ex animo, qui ſitis? ac cujus rei causâ in hanc vitæ ſtationem â ſuprema illa educti ſitis? curate quæſo partem illam veſtri, quæ nulla nece extingui poteſt &c. *Diſtributio.* Cavete, ne vos oculus ad laſciviam æternùm luendam, ne guſtatus ad ingluviem belluinam, ne manus ad corruptelas, pes ad facinus abducant. Dubitatio &c, &c.

## 4. *Exercitium Narrationum.*

APtam narrationem, brevem nempè, perſpicuam, nec inamœnam contexere, non levis eſt artis, & in humana vita magni eſt uſus. Quid enim in quotidiana conſuetudine familiarius, ac de privatis publicisve rebus narratiunculâ? quid autem odioſius magis inſulsìs inſcitisque narratoribûs? Perutilis igitur Tyroni hæc exercitatio fuerit, nec inter poſtremos habenda. *Themata* porrò propè infinita ſuppedditant Apologi Æſopici; Mythologia, libelli Hiſtorici, ut Valerii Maximi; ac præ cæteris elegantiſſima Hilaria Gazæi noſtri, &c. Caſus qui in magnis urbibus quotidie eveniunt novi, ſerii, an ridiculi. Ut verò amplificandæ ſint narrationes, vide Candidatum Rhetoricæ, item in loco de adjunctis.

## 5. *Exercitium Chriarum.*

ITà dividendæ erunt ſcriptiones, ut duarum Chriarum Themata dictari poſſint, verbalis ſcilicet & activæ, & ſin-

ſingulis verò ſingulare thema privatim ac propriô Marte componendum aſſignetur, nempè ſcholæ hujus Princeps exercitatio, cujus Paradigmata plurima Candidatus habet alioquin, breviculum tamen, ut morem teneam, adjungo.

*Nemo repentè fuit turpiſſimus.* Juven. Satyr. VI.

1. *Exordium.* Ab Encomio Juvenalis, & ex loco comparationis cum aliis Poëtis v. g. ùt varia ſunt Poëticorum operum genera, ità in ſingulis quidam Principatum nacti ſunt: Virgilius Maro Heroicam latinam ad eam abſolutionem perduxit, ut Homero ſolùm mille annîs inferior, palmam omnibus, qui fuerunt, ac fortaſsè erunt, præripuerit &c. Idem per Synonimiam dices de Ovidio in Elegiaca, de Horatio in Lyrica, Seneca in Tragica, Plauto in Comica. Addes: in Satyrica porrò Juvenali omnes omnium ætatum litterati primas haud dubiè attribuunt; tantùm ex ejus Satyris elucet ingenii acumen, locutionis puritas, & ignis verè Poëticus, uti Roma tum erat ſceleratiſſima &c. ita rectè dixit: *Nemo repentè fuit turpiſſimus.*

2. *Enumeratio partium.* Hujus ſententiæ veritatem probabis ab enumeratione, dicendô v. g. Nemo repentè in ultimam ſcelerum voraginem prolapſus eſt, ſunt etiam improbitati ſua incrementa, gradus, intervalla. A levibus facilis eſt ad graviora, ab his in omnem licentiam deſultus. Videbis fortaſsè hominem ebrioſum, dies noctésque vino madentem, patrimonia abligurientem, ne credideris tum primùm cœpiſſe; moderatus fuit alias & exigui modi Scypho ſitim ſedavit, tum compotoribus adjunctus, canthari vacuare, denique gulam ita irritare, ut nunquam ſobrium mentísque ſatis compotem videre ſit &c. Idem dices de homine libidinoſo; fure ſuſpendiario; homicidâ.

3. *Cauſa.* Cauſam dabis, quia quantumvis corruptam ab originis peccato naturam nacti ſimus, duo tamen à vitiis abſterrent, nativa verecundia, & pœnæ ſeu dede-

coris

coris metus. Quamdiu verecundiâ frænum illud, quô in honeſto continemur, non excutitur, boni ſumus &c. at dum hæc minuitur pedetentim, tandem planè ponitur, tum verò non curſu, ſed ſaltu in vitia ruitur &c. Pœnæ metus facit, ut timidè, & clam peccetur initiô, at cum impunè fuit aliquoties peccaſſe, creſcit confidentia. &c.

4. *Contrarium.* Sic perges dicendô: neminem etiam repentè fieri optimum ac laudatiſſimum. Miraris fortè hominem etſi naturâ ad iram proclivem & indolis igneæ, ſumma moderatione etiam contumeliâ provocatum imperare ſibi, nec impotenter exardeſcere. Et hanc animi pacem quot victoriis ſtetiſſe putas? quàm ſæpè, quàm continuò vim ſibi intulerit &c. Idem dices de homine continentiæ, devotionis, liberalitatis virtute claro.

5. *A ſimili.* Afferes duplex ſimile, dicendô: quemadmodum leonum, urſorum & aliarum ferarum catuli primùm adeò formidandi non ſunt, ut etiam delicias faciant. Item quemadmodum ſcaturigo tenuis ad originem ſuam ſaltu ſuperabilis eſt, dein in flumen excreſcit maximis onerariis par, & quô regiones merguntur; ità vitia in ortu ſuo tenuia, & quæ nihil reprehenſionis ferè habeant. &c.

6. *Exemplum.* Exemplo ſit Nero, qui primô quinquenniô imperii moderatus, mitis &c. Deinde in tyrannorum peſſimum, truculentum &c. adolevit.

7. *Teſtimonium.* Syrus Mimographus acutè advertit. *exeri opere nequitiam non incipere*, etenim primò mens oppletur imaginibûs illicitîs, exardeſcit cupiditas deſiderata obtinendi, erumpit affectio in ſermonem, denique opere exeritur nequitia, dudum cæpta. Gravius eſt illud: *qui ſpernit modica, paulatim decidit.* Facilis deſcenſus averni.

8. *Epilogus.* Hortabitur Juvenes, ut circumſpecti ſint, parva delicta, maximè honeſtati repugnantia, horreant ut maxima &c.

De

De Sententia, Ethopœja, locô communi cùm obvia ſint themata, nihil eſt, quod adjiciam.

## *Scriptiones ligatæ Orationis.*

ETſi ſolutæ Orationis thema quodlibet, ad quodlibet præceptum haud paulò faciliùs trahi & accommodari poſſit, quàm in ligata, utiliora tamen erunt, quæ explicatis recèns Artis Metricæ præceptis reſponderint. Exemplum eſto Elegia de vitæ ruſticæ laudibus per omnes Artis Metricæ regulas circumducta v. g.

*Genus pro ſpecie.* Ruri lucis author Planeta ſerenior arridet, *Sol.* Siderea acies, ſuda nocte acriùs ſcintillant, *Stellæ.* Sylvarum Syrenes aves accinunt ſuaviùs, *Luſciniæ.* Florea natio expandit ſe latiùs, *Flores.*

*Species pro genere.* Aura thymo ſatura ſe fundit, *herbæ odoratæ.* Somnium conciliat tepidâ eſculus umbrâ, *Arbores.* Nec Crœſi olores requiro, *divitum plumas.* Suavior mihi cum Philemone calloſo, & canâ Baucide ſermo, *cum ruſticis,* quàm cum Fabiis, vel Appiis, *Nobilibus.*

*Materia pro re.* Curva æra aliorum aures mulceant, *Tubæ:* me canora buxus perinde trahit ac capellas, *buxea fiſtula.* Bibant urbani ê viridi flaventia vina Smaragdo, *Scypho Smaragdino:* melior mihi ê junipero fontana videtur, *ê Juniperino vaſculo.*

*Totum pro parte.* Bos mihi culcitra, *Pellis bovina,* menſa ſabellicus fumo duratus, *Porcina..* Hìc *regem* vivo, miſeráſque urbis derideo curas.

*Pars pro toto.* Non placet ſuburra, *urbis pars frequentiſſima,* nec Palatina tecta reſpecto, *domos.* Sub tignis paleíſque meis, & caulæ meæ internodiis quietem capto tutiùs, *in mapali,* nec hìc curæ atræ nidificant.

*Cauſa pro effectu.* Pan mihi primum Numen, nec alibi volupiùs ac Dryadas inter, Orcadáſque verſor, *in ſylvis & montibus.*

*Effectus pro cauſa.* Saturitas mihi in hortulo creſcit,

*Her-*

*Herba, olera.* In glaciem concreta fames ſi perculit agros, *grando:* Horrea, certa famis ſolatia condunt, *frumentum.*

*Signum pro re.* Sceptrô non permutâro ligonem, *regnô vitam ruſticam.* Ad Betim alii, vel Tameſim, Scaldímque opes quærant, in *Hiſpania, Angliá, Belgiô,* mihi agellus, rivulúsque meus pro regno eſt.

*Continens pro contento.* Mulctrâ ſedo ſitim, *lacte.* Mihi uni caula balat, *Oves:* laborat alveare, *Opes:* ſtabula mugiunt, *Boves.*

*Metaphora Epith.* Nec ſollicitudinum *ſpinîs* configor, nec *jaculîs* linguarum, nec *bellís* forenſibús diſtrahor. Innocentia mihi *turres* ſunt & foſſæ, pauperies, *Mœnia.*

*Periphraſis.* Rus coluit trium formoſarum arbiter infelix, *Paris.* Paſtor erat, ad quem luna eſt deſcendere viſa, Endymion: ſylvas colit Dearum una virgo, *Diana &c.*

*Secundô Semeſtrî.* Ut primô, plerumque ſolutæ Orationis penſo unum alterúmque Diſtichum erit adjungendum, quorum materia paucîs erit dictanda, cùm jam paulò confirmatiores habendi ſint; nec penſi habendum, ſi vulgus ſcholæ paſſibûs non æquîs conſectetur primores, & ingeniô præditos feliciore, cùm præparatio ad Rhetoricam ſpectanda ſit maximè. E melioribus verò nemo ſit, qui non extra ordinem, privatâ induſtriâ unam ſaltem Elegiam condat, cujus argumentum ſuggeratur â Profeſſore, ſummæque ſaltem lineæ indigitentur. Themata erunt commodiſſima, Epiſtolica; præſertim Hiſtorica, quæ ſuprà attuli. Elegiacæ item reddi poſſunt Epiſtolæ vel ê vernaculo in latinum primô Semeſtrî verſæ, vel ab ipſis compoſitæ, vel Ciceronis quæpiam, ut illa Sulpitii ad Ciceronem conſolatoria de obitu filiæ. v. g.

Poſteaquam mihi renunciatum de obitu filiæ tuæ.
Sanè pro eo, ac debui, graviter moleſtéque tuli.

Com-

Communémque eam calamitatem exiſtimavi &c.

Poſtquam feralis mihi nuncius attulit, illam, córque oculúmque tuum, Tulliam obiiſſe diem.

Ingemui, tacitum nec diſſimulare dolorem
Nec ſecùs, ac gnatam ſi mors mihi dira tuliſſet,
Stravisſétque meam tantá procella domum &c.

Alia miſcellanea erunt themata Tyronum tamen captui commenſa, ùt *viridarii cujusdam, aut amænæ villæ deſcriptio: Iter Cellenſe: ſuorum Autumnalium Hiſtoria. Patriæ Encomium. De cauſis, malis, remediis pigritiæ. Hiſtoriola Gazæi, vel ê Monochio. Fluvii. Danubio tributarii. Somnium Scipionis. Diræ in tabaccum. Æſopi fabula de Ranis regem petentibus. Litaniæ Lauretanæ. Pſalmus Quinquageſimus. Peccata aliena; opera Miſericordiæ &c. ex Catechiſmo.*

Ex Hiſtoria utraque plurima eſt variarum cogitationum ſuppellex, ùt: Lachrymæ Adami exulis.

Orbis diluvio merſus. Iſaac victima.

Ploratus Joſephi in ciſterna. Sepulchra concupiſcentiæ.

Moyſes in conſpectu Palæſtinæ moriens.
Jephtias â Patre immolata.
Samſonis cæci pænitentia. David pænitens
Threni Iſraëlitarum ſuper flumina Babylonis.
Juditha Victrix. Judas Machabæus.
Tranſitus per mare Rubrum.

*E Mythologia.* Cyrus inter pueros Rex.
Gigantomachiæ deſcriptio. Convivii Lapitharum.
Deucalion. Mercurius. Palladis Natales.
Cereris iter. Caſtor & Pollux. Argonavis.
Hercules Heſiones ſervator. Theſeus Andromede.
Polyphemus exoculatus. Ulyſſis Socii in porcos.

*Ex Hiſtoria Romana.* Raptus Sabinarum.
Horatii defenſio Sororicidii.
Scævolæ conſtantia. Leſſus Romæ captæ.
Fabritius, ſeu Integritas Romana.

 Anni-

Annibalis iter Alpeſtre. Planctus ad Cannas.
Carthaginis excidium. Iugurthæ imago.
Mithridates moriens. Marſi â Romanis jus civitatis minaciter petunt.
Marii tumulus. Sylla Privatus delicians.
Catilinæ effigies ê Saluſtio.
Ciceronis ab exilio reditus.
Cæſar ad Rubiconem. Cæſari cæſo leſſus.
Proſcriptio Triumviralis. Antonii lachrimæ. &c.
Auguſtus elegia. Trajanus, Antonius &c.
Elegiâ deſcriptus.

## V. *Academia Hiſtorica.*

ETſi Rhetoricæ ac Humanitatis Profeſſores ſe ab habendis Academiis jure excuſare videri poſſint, quibus nempè alioquin quinque menſtruæ declamationes exhibendæ ſunt, unam tamen minimùm; eámque hiſtoricam, & ſin minùs publicam, ſaltem privatam, id eſt P. Præfectô & Rhetorices Profeſſore præſente inſtitui conveniret, quia 1. experimentô conſtat, diſcipulos nulla ratione efficaciùs impelli poſſe ad Hiſtoriam diſcendam, niſi ſaltem ſemipublica aliqua ſolennitate periclitationi exponantur, certúmque propè ſit, ſinè hac parùm aut nihil facturos. 2. Cùm incomparabilis utilitas ſit, per ſex Scholas, univerſalis Hiſtoriæ nec levia fundamenta jeciſſe, ac jam in quatuor primis libellis egregiè verſati ponantur, ſanè dolendum foret, ſi exhauſtis antiquioris & magis ſalebroſæ Hiſtoriæ tenebris, in recentiore hac, amæniore, & faciliore deficerent, cæptúmque univerſum curſum abrumperent. 3. Quia Academia ejusmodi minimô labore conſtabit Profeſſori, cùm á publico examine propè nihil, niſi nomine differat. 4. Accedit, quòd Menſtruæ declamationes ſoli Rhetoricæ Profeſſori â regula, non item Humanitatis Profeſſori præſcribantur, itaque ſaltem in locum unius harum Academia noſtra inſtitui poſſet. Vide, quæ hac de re infra in Rhetorica Inſtructione habentur.

For-

Forma porrò eadem erit, quæ in Inferioribus claſſibus, niſi quòd jam latinè haberi conveniret. En Paradigma primæ Hiſtoricæ nempè ê libelli dimidio ab Auguſto ad Conſtantinum Magnum trium ſæculorum.

## *Quæſtiones longiores ſimplices.*

HÆc tria ſæcula quî dividis?
Edic Cæſarum ordinem, numerum, Nomina.
Diocletianus cur collegas aſcivit, & quos?
Cur abdicavit uterque?
Probus quî electus? quid geſſit? ùt finiit?
Qualis Aurelianus? quæ præcipua geſta?
Qualis Valerianus? qualis Gallienus?
Decii interitus. Et Gallus?
Philippi Millenarius annus.
Quid de Gordianis Patre & filio?
Qualis Maximinus ingeniô? quî finiit?
Alexander Severus quô fuit ingeniô?
Quæ ejus vitæ ratio? quæ mortis?
Deſcribito Heliogabalum.
Macrini Opilii caſus recenſeto.
Caracallæ crudelitas, bella, finis.
Septimii Severi victoriæ quæ?
Antonini Commodi libidines, & bella.
Antoninum Philoſophum deſcribe.
Antonini Pii pietas in quo?
Quod ingenium Hadriani?
Quæ Adriani peregrinatio?
Trajanus quô ingeniô?
Quid in Tacia? Quid in Oriente?
Domitianus quô ingeniô? quibûs geſtîs?
Veſpaſianus avarus. Judæorum victor.
Ottonis interitus & vitelii.
Nero crudelis. Chriſti hoſtis. Cæſus â ſemet.
Claudium deſcribe.
Tiberius ſimulator. Crudelis &c.

Auguſtus qualis in Senatum?
Ut erga plebem, & Milites?
Ut in litteras, & amicos?

## *Quæſtiones convolutæ.*

*QUot Cæſares ſuô fatô ſunt mortui?* ℟. Auguſtus, Veſpaſ. Titus. Nerva. Trajanus &c.

*Qui venenô?* ℟. Tiberius. Claudius.

*Cui prædictum Imperium?* ℟. Veſpaſ. Diocletiano.

*Quis in acie cecidit?* ℟. Carinus. Philippus. Decius. Otto.

*Qui boni Principes?* ℟. Auguſtus &c.

*Quis turpem pacem fecit?* ℟. Domitianus. Commodus, Macrinus, Gallus.

*Qui propter ſeveritatem cæſi?* ℟. Pertinax, Alexander Severus. Maximinus. Probus.

*Qui omnium peſſimi Principes?* ℟. Tiberius, Caligula, Nero, Domitianus, Commodus, Caracalla, Heliog. Maximinus, Galienus.

*Quis â Prætorianis occiſus?* ℟. Caligula, Galbo, Domitianus, Commodus, Heliog: Alexander Severus.

Nota in ſecunda libelli parte pars illa de migrationibus gentium, magni ad univerſalem Hiſtoriam momenti, dilgenter eſt diſcenda, exceptîs Francîs regibûs Clodovæi Succeſſoribûs, & Hiſpanîs Oſtrogotthîs Alarici; & Longobardîs Alboini, quos memoriâ tenere operoſum nimìs.

# VI. *Exercitationes pro Præmiis.*

## *Exercitationes ex Præceptis.*

*OCtidui ſus erat, macri ſuis ergò profugit.*

*In hoc carmine (quod in ſchedula ſcriptum præbiberi poteſt) an nullùs Proſodicus error?* ℟. *Sus* longa eſt. *Ergò* pro cauſa, longa. *Octiduum* ſecunda longa.

*Jam ceres eſt, qui ſtipes erat ſereni ſacratus,*

*An nullus error?* ℟. *Ceres* ult lon.

*Locu-*

*Locuples eſt atque frugalis.*

*An error ſubeſt?* ℞. *Frugalis* 1ma. longa.

*Proſodia* quanta 1ma. 2da. 3tia. 4ta. ℞. 1ma. brevis Græca Præpoſitio. 2da long. Omega. 3tia brevis. 4ta in Ablativo longa &c.

## *Ex Hiſtoria.*

*QUi* 1*mô ſæculô laudati Imperatores?* ℞. Auguſtus. Veſpaſ. Titus. Nerva. *Et ſecundô* ℞. Omnes præter Commodum. *Et* 3*tiô.* ℞. Alexander Severus. Gordianus. Claudius. Aurelianus. Probus. *Et* 4*tô.?* Conſtantinus M. Jovianus. Theodos M.

*Quos præliantes cælum juvit?* ℞. Antoninum Philoſ. Conſtantinum M. Theodoſ. M.

*Qui in acie periêre?* Otto. Philippus. Decius. Carinus. Conſtantinus Junior. Julianus. Valens.

## *Thema Ligatæ.*

### *Quid â Diis petendum ſit.*

Ex Satyra 10ma Juvenalis.

UT tibi ſit vegetum nec morbis debile corpus,
Nec mens in ſano corpore ſana minùs:
Ut ſis forti animô, qui ſpernat acuta dolorem,
Ipſam qui mortem pertimuiſſe neget,
Impoſitos alacris, qui poſſit ferre labores,
Nec quamvis magnos ſentiat eſſe graves.
Qui nec præcipiti candens exæſtuet irâ,
Quem vilis tangat nulla cupido boni.
Quíque voluptatem rigidus contemnere ſueſcat,
Pluris & ærumnas Herculis eſſe putet,
Quàm decantatas, â luxu infamis Apicii
Cœnas, aut plumas Sardanapale tuas.
Una tibi placidam ſinè nube & turbine vitam
Si cupias, virtus conciliare poteſt.
Hæc eſt quam precibus non vanis usque repoſces
Senſurus faciles in tua vota Deos.

## Thema.

UT vegetum tibi corpus ſit,
  Nec minùs ſana mens, quàm corpus;
Ut forti ſis animô, qui ſpernat dolores,
  Nec ipſam mortem pertimeſcat.
Qui poſſit labores ferre
  Nec graves ſentiat.
Qui irâ non æſtuet.
  Nec vilia bona cupiat.
Quíque voluptates contemnat,
  Et pluris æſtimet Herculis ærumnas,
Quàm Apicii
  Cœnas, aut Sardanapali plumas,
Una tibi tranquillam vitam
  Si velis, virtus comparare poteſt.
Hanc tu precibus rogabis
  Deos, quos in tuum votum faciles ſenties.

## Thema Solutæ.

### Chria Verbalis in illud Virgilii

*Facilis deſcenſus Averni; ſed revocare gradum hic labor, hoc opus eſt.*

PRætermiſsô Exordiô incipies â Paraphraſi dicendo: Quòd Æneæ Patris tui & amicorum manes apud inferos videre cupienti reſpondit Sybilla: hoc tibi dictum exiſtimato Adoleſcens optime, ut ad avernum, ità in vitia facilem eſſe prolapſionem; regreſſum contrà & emendationem longè difficillimam. Probabis id enumerando varia vitia, ut iram, ingluviem, inverecundiam, luxum ſeu prodigalitatem, furtum. Dicendo v. g. Quid enim promptius, ac ut vel levi injuriâ comoti gravem in iracundiam, voces inconditas, minnâsque erumpamus? maledicta in adverſarium turpiter evomamus, de ultione dies, noctésque inquieti cogitemus? contrà quanti operis eſt imperare ſibi, comprimere æſtum animi indomitum,

mitum, ratione vincere dolorem, ad manſuetudinem virtem amabiliſſimam denique ſeſe revocare! in eundem modum de aliis vitiis virtutibúsque oppoſitis dices, & ab eorum effectis paulùm amplificabis. Ut: nullô negotiô *in turpem deſidiam* delabimur; at ad ſedulitatem, & laboris aſſiduitatem ſe referre arduum. Suapte ad ingluviem pendemus; at magnæ contentionis eſt ad ſobrietatem redire. Nullô Magiſtrô opus eſt, ut amoribus turpibus ſe dedat Juventus; at quàm ægrè ad caſtam vitam, & pudicam revocatur?

Tranſibis hinc ad *Cauſam*, quæ duplex eſt; altera corruptæ noſtræ naturæ pondus, altera: prava exèmpla. Dices itaque: Difficultatis hujus originem in ipſa corruptæ noſtræ origine reperiemus. Hæc ad malum ſemper inclinat, & ea quæ ſenſibus blandiuntur. In ipſis *infantibus vitiorum ſemina cernimus*. Contrà virtus in arduo ſita eſt. Nemo victoriam ſperet, ſinè pugna. Accedunt prava multorum exempla, quibus magna vis ad nos pervertendos. Putamus licere, quod plurimi faciunt. Singula Periodo efferes, eámque paulùm amplificabis.

*Simile eſt obvium.* Lapidem quantæcunque molis & ponderis nullô negotiô ê monte ſummo devolves in præceps. Secundô Fluviô navigare, facile; contra torrentem niti, arduum &c.

# INSTRUCTIO PRIVATA,

## *SEU*

## TYPUS CURSUS ANNUI

## *PRO*

## SCHOLA RHETORICÆ.

GRadus *hujus Scholæ eſt, præparatum in Humanitatis Claſſe Rhetoricæ ſolum*, *Tyrones* ad perfectam eloquentiam *informare*, *quæ maximas duas facultates: Oratoriam ac Poëticam comprehendit, quanquam illi primæ partes ità tribuendæ ſunt, ut Poëtica iis demum permittatur, quos ingenii nativa felicitas, vel ſinè plurimis præceptis huc deduxerit. Equidem adeò diffuſa, tantíque usûs ſcientia, vix intra Scholaſtici anni terminos anguſtos tradi ſatìs & percipi poteſt, ab adoleſcentibus quintum decimum ætatis annum fortaſsè nondum egreſſis, latinâ linguâ parùm exercitatis, per ſanguinis fervorem minimè laborioſis; erit tamen hoc Profeſſoris officium, veræ cùm ſacræ tum profanæ eloquentiæ imaginem in animis ſuorum defigere; ac generalia inventionis, diſpoſitionis, elocutionis præcepta, velut optima ſemina diſpergere, quæ per reliquam ætatem adoleſcant denique, & ad maturitatem perducantur; Parentibus verò ſuadendum, ut alterô annô ſuos in Rhetorica retineant, quò meliùs excolant artem, filiis in quavis vitæ conditione tanto uſui futuram.*

*Dixi veræ* eloquentiæ imaginem *imprimendam Tyronibus, ídque eâ causâ, ut ne orationes ſcribant* Poëtica *magis ad delicias, quàm oratoria ad victoriam; ut ne allegoriis*

*& floribus perſpergant omnia; nitidóſque ac præclaros ſe exiſtiment, ſi nulla propè periodus adulterina ejusmodi elegantiâ vacet. Quare ſæpiùs inter explanandum erudiendi, commonendíque eſſent diſcipuli, quid in vera Eloquentia probum ſit ac ſincerum, vel ſpurium ac vitioſum. Itali Galliqu*e bonum guſtum *appellant, quod nomen, etſi quid ſibi velit, explicare difficile ſit, fortaſſè è Quintiliano ſumpsêre, qui de probo ac vitioſo dicendi genere agens ait:* quod ſentitur latente judiciô velut palatô. *Hic igitur ſeu palatus, ſeu guſtus aliud non eſt, ac vis illa diſcernendi ac dijudicandi, quid in quavis re vel argumento, ſeu circumſtantia deceat, aut minùs decorum ſit; quid redundet, aut minùs ſit. Quid cordato æſtimatori ſapere poſſit, aut deſipere; quid ſecundùm regulas, quid ſecùs factum; quid ſtolidum ſit aut ſpecioſum; genuinum aut adulterinum. Id quod judicii potiùs eſt, quàm ingenii, quod ſpecie boni facilè fallitur. Bonus guſtus Ciceroni eſt* Elegantia, *elegantes enim, ùt ait, quaſi* eligentes, *quid præſtantiſſimum ſit. Quempiam, qui de ſtatuis rectè judicare nôrat, vocat* omni judiciô elegantiſſimum. *Pro decoro autem, ſano, apto, probóque habendum eſt, quidquid ad naturam acceſſerit, proximè naturæ veſtigia preſſè perſequitur, ad naturæ normam exigit omnia. Hanc legem ſecuti Terentius, Saluſtius, Cæſar, Nepos, Cicero, Virgilius, Horatius, etſi in diverſo ſcribendi genere commune tamen neſcio quid habent, quod æternum placebit. Nec perinde ad eruditum palatum ſunt, qui ab hac claſſicæ antiquitatis indole ac ſapore deſcivêre poſteriores. Certè jam in Senecæ ac Taciti ſtylum, Sæculi ſui mores luxum aliquem invexiſſe videntur. Diſcriminis porrò hujus judicium in natura ipſa inſitum, & Orator bonus ab illiteratis perinde ac litteratis probatur, utì Symphonia ritè concordans, & pictura naturam imitata placet etiam iis, qui nec quid, nec cur placeat, rationem reddere poſſunt.*

*Jam cùm Oratoris ſit dicendo perſuadere: hoc eſt*

*hominum animos, quò velit flectere; nec id ludendô, nugandóque obtineri poſſe palàm ſit, veræ eloquentiæ ſpeciem ſibi repræſentet Tyro ſeriam, nobilem, gravem, ſenatoriam, ſeu paucis* naturalem.. *Hæc ſpecies, quia multis eſt incognita, vel ut Metaphorá noſtrâ utamur, quia plurimi* pallatô, guſtúque *ſunt depravatô, tot corrupti ſtyli, enati ſunt eorum, quibus diſſipit ac vile eſt, quidquid ſimplex, & ſecundùm naturam eſt; quibus nihil pulchrum, niſi novum ſit, mirum, ſcintillans, picturatum, pexum, floridum, vel tumidum, audax, extraordinarium, quibus nimìs vulgare videtur dicere:* remotiſſimæ Inſulæ. *dicent:* in extremum mundi limbum nauſeantis naturæ vomitu rejectæ &c. *Orator ſcientiis, Hiſtoriâ imprimìs, & variâ eruditione perpolitus, rerum pondere, ac ſententiarum minimè vulgarium gravitate, ornat ſuam orationem, & extollit. Hi rerum nempè vacui, egeſtatem ſuam verborum ſpecie palliant, perſonámque obtrudunt bellam quidem & politam, ſed quæ, ùt in Apologo eſt*, cerebrum non habet.

*Galli hanc* boni guſtûs *laudem præ nationibus omnibus ſibi vendicant, & Gallorum laudatiſſimus* P. *Juventius reverà hac dote excellit maximè mirè ſimplex ſcilicet & naturalis.*

*Confitentur tamen Galli iidem, hanc laudem ab ſe ſenſim promanare ad exteros, atque ut in diſcipulos promanet â Magiſtro., ut ab inani illa tanquam pervulgata ſecta, ad ſeria traducantur, opera danda eſt.*

## I. *Exercitatio Memoriæ ſeu lectiones.*

LEctiones Rhetorum, ſunt Tabulæ Cypriani, quas memoriæ mandari mos obtinuit, quod penſum quia permodicum eſt, tantò diligentiùs exigi poterit. Acceſſoria lectio Hiſtorica, ídque latino idiomate; adjungi item verſus aliquot ê Virgilio, Horatio, vel Juvenale? quod alibi conſuetum; ubi Cypriani Rhetoricam intelligi quàm ediſci malunt. Tabulæ hôc fortaſſe typô dividi poterunt.

1.Die

| | |
|---|---|
| 1. Die Definitio Rhetoricæ. | Quid ſit bene dicere. |
| 2. Quia nihil eſt tam. | Artis materia eſt. |
| 3. Quæſtio eſt duplex. | Propoſiti duo. |
| 4. Partes exornationis. | Conſultatio. |
| 5. Finita revocatur. | Inventio quæ eſt. |
| 6. Pronunciatio. | Quatuor rebus. |
| 7. Quæ naturæ Dona. | Ars orta eſt. |
| 8. Ars ergò perficit. | Exercitationis effectus |
| 9. Sumatur igitur. | Imitationis utilitas. |
| 10. Imitatio eſt duplex. | Eſt itaque moleſtia. |
| 11. Inventio eſt. | Argumenta ſumuntur. |
| 12. De numero locorum: | De definitione &c. |

Hôc pensô tabulas totas fortaſsè decurrent, ſi tamen ea, quæ poſt figuras ſequuntur, de numero &c. ſcilicet ſatis prolixa memoriæ commendanda videantur. Permulti explanâſſe ſatis habent.

## II. *De Explanatione Authoris.*

AUthoris explanatio, etſi Princeps eſt & utiliſſimus omnium Scholarum labor, in Rhetorica tamen præcipuè commendata ſit oportet, cùm auditores nec in authorum lectione jam peregrini, & judiciô valentiores, & latinitate magis confirmatâ ponantur. Igitur author & præcepta alternum facient, & ſi qu'd alterutri detrahi poſſit, authori adjiciendum foret. Dicendum eſt autem quis Author? quantum? & quâ formâ explanandus ſit?

Regula diſertè unius Ciceronis Orationes prælegendas præſcribit. E Poëtis Virgilius, nonnihil ex odis Horatii, ac Juvenalis, & ê Tacito aliquid, quanquam haud paulò parciùs explanandum eſt. E Tulii Orationibus tres, vel ſi breviores fuerint, ſummùm quatuor numeri explicari poſſunt. Conandum, ut per annum duæ majores, ùt pro Roſcio ac Milone, totidem minores ùt pro Marcello & Philipica 7. plenè & enucleatè exponantur. Singulis ad varietatem, Virgilii aut alterius Poëtæ

inter-

interpretatio interjici poterit. Dies 130. hoc fortè typo diſpeſci poterunt: Oratio pro Milone conſtat Numeris 105. igitur memoratô pensô ternûm, ſubinde quaternûm numerorum, occupabit circiter dies 30. ſequantur prælectiones 20. ê Virgilio: oratio pro Muræna numerorum 90. dies petet 28. Prælectiones ex Horatio 10. Pro lege Manilia Numerorum 27. dies 7. Prælectiones ex Juvenale 10. pro Philippica Numerorum 27. dies 6. Prælectiones ê Tacito 6. faciunt universùm 111. dies. Reliqui â Canicularibus abſorbentur.

*Forma explanationis* ùt in regula deſcribitur, ſanè operoſa, nec imparati profeſſoris eſt. cujus pars prima eſt *expoſitio* totius ſententiæ dilucida. 2. *Artificium Rhetoricum* Inventionis, diſpoſitionis, quæ argumentatio, argumentationis amplificatio, ê quibus loci deſumpta, quæ figuræ ſententiarum aut verborum, qui affectus, & ê quibus fontibus? 3. *Loci ſimiles* ex aliis authoribus afferendi. 4. Res eadem *Sapientûm ſententiis* confirmanda. 5. Ex Hiſtoria *variáque eruditione* illuſtranda. 6. *Verborum* proprietas, acumen, copia, ac præcipuè numerus expendendus. Quæ tamen nequaquam omnia & ſemper, conſectanda, ſed oportunitate ſeligenda.

Paradigma talis tum Ciceronianæ, tum Virgilianæ explanationis abſolutiſſimum habes in Methodo P. Juventii pro Schola Rhetoricæ, ad cujus imitationem, atque ut morem teneam, unicum ſaltem adjecero; principium confirmationis ex oratione pro Muræna, numeri ſcilicet 11. 12. 13.

I. *Argumentum.* Poſtquam in exordio cauſas expoſuiſſet Cicero, aut Murænam contra Sulpitium & Catonem alioquin peramicos defendendum ſuſcepiſſet, brevi propoſitione ac dilucida defenſionis totius ſummam exponit, tribus accuſationis capitibus reſpondentem, quorum primum erat â Catone, quòd moribus ſolutioribus, & Conſule Romanô indignis aliàs in Aſia fuerit, at-

que

qùe ſaltare viſus ſit. Alterum quòd cùm generis tum ſtudiorum dignitate, competitore Sulpitiô longè eſſet inferior; tertium quòd ob ambitûs crimen per leges â conſulatu eſſet repellendus.

Primùm illud paucis diluit, duplici nimirùm Syllogiſmô: 1. reprehendendus non eſt, qui in Aſia quantumvis voluptariâ Provinciâ, militiam fecit, & continenter vixit, talis autem fuit Muræna, ergò ex hoc capite nihil reprehendendus. At ſaltavit in Aſia? Id per mendacium & calumniam affingi Murenæ probat hoc argumentô. 2. Nemo vir ſobrius & moderatns ſaltat, ſed Murænam commeſſationibus aut deliciis deditum nemo arguere poteſt, ergò non ſaltavit.

II. *Explanatio ſingularum Periodorum. Intellexi Judices.* Alteram accuſationis partem verſari in *reprehenſione vitæ*, ſeu morum â conſulari gravitate ac ſanctimoniâ abhorrentium: alteram in *contentione* ſeu comparatione cum Sulpitio Æmulo, quem & genere & ſcientiâ, & ſtudiis potiorem te ac digniorem prædicant; tertiam in *criminibus ambitûs*, quòd tribus obeundo, blandimentis, promiſſis, largitionibus, malis artibus contra leges conſulatum quæſierit.

*Harum trium prima, quæ graviſſima eſſe debebat,* quæ exaggerari maximè debebat, quod de luxurioſo, ac improbæ vitæ homine cætera, quæ objecturi fuerant, crimina faciliùs fidem reperîſſent, *ità fuit infirma* nullius ponderis aut firmitatis, adeò levi manu tractata, ut illos magis *lex quædam accuſatoria* aliquid dicere coëgerit. Cùm enim perquàm invidioſum eſſet, hominem frugi probúmque accuſatione vexare, ut in reum traducerent invidiam, nihil non probrorum objectare in more habebant, quàm *vera maledicendi facultas* quòd maledictum oſtendi, probaríque poſſet.

*Objecta eſt ei Aſia*, quæ ab eo non ad *voluptatem* delicias ac mollitiem, quô Nomine hæc Provincia malè audiebat; ſed in *militari labore* in caſtris *peragrata* eſt,

non

non ut uno quopiam in loco ſedem figeret. Qui ſi *Impe-perätore patre ſub*, qui Aſiæ præerat, ſtipendia non fe-ciſſet, ſed domi manſiſſet, ſuſpicari omnes poterant, id vel timore hoſtium, vel quòd cominùs â Patre obſervari nollet, eſſe factum, vel quòd omninò abdicatus eſſet. *An cum ſedere.* Quòd ſi tirumphantium Patrum filii Juniores, necdum bellô apti, in triumphalibus equis conſpicui unà ſolent invehi, eccur Muræna filius Militaria, quæ virtutis ergò confecutus erat dona, in triumpho Patris non præferret, ac propè, ùt pugnârat, ità unà triumpharet.

*Et ſi habet Aſia* & ingeneret ſuſpicionem, quaſi ſinè luxuriæ nota inde non liceret redire, certè laudi potiùs vertendum eſt ibi continenter vixiſſe, ut vixit Muræna.

*Quamquam.* Et cum Murænarum familia nihil habeat hôc Aſianô de Mithridate triumphô illuſtrius; cúmque nihil inde vitii contraxerit retuleritve. certè hæc commoratio ei objicienda non eſt, quæ plena laboris, pietatis in patrem, ac felicitatis etiam fuit.

*Saltatorem appellat* quod apud Romanos turpiſſimum, præſertim ſi mollior & hiſtrionica eſſet ſaltatio, quale probrum Romano conſuli objicere, vel conviciatoris eſt impudentis ac inſigniter maledici, & mendacis; vel ſi ab accuſatore eſt, gravibus indiciis ac teſtimoniis confirmandum. Quare *M. Catò* tuam ſapientiæ famam, ætatem, authoritatem minimè decet tali convitio Murænam impetere, quali homines ſcurræ in trivio, non item viri graves uti ſolent. *Sed conſpicere.* Conſiderandum tibi erat, neminem ſaltare ſobrium, aut ſolum, aut in moderato convivio. Nec enim facilè ſaltatur, niſi & epulæ tempeſtivè, hoc eſt ante ſolennem cænæ horam occæptæ, & loci amœnitas, & vinum, & amores invitent. Horum verò Cato nihil objectare poteſt, non perpotationes, non libidinoſas cœnas, &, ſumptuoſas, non lu-

xu-

xuriam ; nec igitur ſaltationem, quæ ad præcedentes voluptates, ùt umbra corpus ſequitur.

III. *Rhetorica. Intelligo Judices.* Eſt hæc plana, ſimplex, & elegans *partitio.* Multa ab adverſariis ſparſim erant objecta, 1. In Aſia fuiſſe. 2. Ibidem ſaltâſſe. 3. digniorem conſulatu Sulpitium, 4. Multos de Provincia revertenti, & conſulatum petenti obviam factos, 5. Multos Candidatum aſſectatos, 6. Locum tribulibus ad gladiatorum ſpectacula datum, & 7. Prandia &c. Hæc omnia ad tria capita contrahuntur, certísque limitibus orationem totam includunt.

*Si Patre Imperatore non meruiſſet*, locus eſt â conſequentibus. *An cum ſedere, Comparatio* minorum ad majus: ſi juniores filii & impuberes Patrem ſequuntur in triumpho: igitur & Muræna laborum particeps, & pars victoriæ Patrem ſectari debuit. *Etſi habet Aſia* â Contrariò laudandus Muræna, qui in voluptaria Provincia, minimè voluptati ſe dederit. Concluditur Argumentum elegante figurâ *diſtributionis*, ídque per incrementum: meruiſſe verò &c.

*Non in Aſia nunquam fuiſſe.* Ità è converſo dicitur non Hieroſolymis fuiſſe, ſed bene vixiſſe, laudandum. Locus hic communis: *Non locus ſed ſui hominem mores commendant.* Latè poterat deduci, quem ut alioqui minimè controverſum attingit tantùm Cicero ; contra imperiti Tyrones toti ſunt in Theſi. &c.

*Saltatorem appellat.* Argumentum eſt ab antecedentibus, quibus negatis item negatur conſequens, cum iis moraliter connexum. *Non amor, non comeſſatio* figura Repetitionis.

IV. *Eruditio.* Quæ hodierna ſit *Aſia*, an perinde voluptaria, ejus ſitus, cælum, opes, mercimonia? Qui *Prætextati?* vide Cantelium. Murænæ Patris acta, poſt Sullam Aſiæ præfecti, usque ad Luculli adventum. Mithridatici belli magnitudo. Diverſitas Romanorum â

Græ-

Græcis moribus, quibus ſaltare minimè indecorum. Hodiernarum chorearum ratio, & aliarum gentium.

V. *Latinitas.* Meruit Patre Imperatore. Subintell. *Stipendia.* E bello familiæ huic laus *conſtituta* eſt, elegantius, ac: â bello laudem acquiſivit. *Continenter* vivere, & continentia aliud eſt ac abſtinentia; illa â voluptatibus, hæc â pecuniis ſeu peculatu. In Provinciis facilè *ſuſcipiuntur* aliena vitia, locò contrahuntur.

*Arripere maledictum ex Trivio:* Locò temerè effundere. Obſerva exitus periodorum numeroſos: *eſſe verſatam. coegerit. peragrata. videretur. triumphares. laus occupavit &c.*

Obſervandum in hac explanatione, ut totius orationis argumenta & horum robur plenè percipiant; ea ſingillatim & ſuis elocutionis ornamentis exuta in ſe ipſis expendant, num convincant, quô ordine inter ſe cohæreant; ut adeò totius orationis æconomiam ſuîs verbîs explicare poſſint, quidque author probare velit, & quibus rationibus probet. Oſtendendum item, ùt fortiſſima in principio & fine collocentur, minùs firmis confertim in medium receptis &c.

## III. *De Explanatione Præceptorum.*

SOlius quidem Ciceronis & Ariſtotelis Præcepta explicari vult Regula, nec tamen inde Qnintilianum excludit, nempè utriusque ſectatorem & interpretem longè probatiſſimum. Quia verò horum contextus longior, ac obſcurior, quàm ut intra annum Juvenibus ſatìs elucidentur, ac ad Judiciale genus dirigitur potiſſimùm, explanandus eſt Suarius, qui ex iisdem lectiſſima quæque, & ſuccum ipſum in ſuam Rhetoricam tranſtulit. In hujus autem explicatione id imprimis cavendum Profeſſori, ne logicam invehat in Rhetoricam, cui tam affinis eſt. Theſes Dialectico more ventilandas exponere, ſpecioſum eſt, ad eloquentiam nihil facit. Qui ſubtiliſſimè reſponderit, diſtinxeritque, non inde vel meliorem epi-

ſtolam ſcribet. Eſt *hæc vanitas inter primas cauſas malè* excultæ Rhetoricæ. Subjuncta Tabulis, & ex optimis, qui in manibus ſunt præceptoribus conſarcinata explicatio ita ſerviet Magiſtro, ut ipſe Suarii textus ne prætermittatur.

Explanationum dimenſa talia fortaſsè eſſe poterunt, ut primâ die exponatur caput 1mum & 2dum. 2dâ 3um, 4tum, 5tum. 3tiâ. 6tum, 7um. 4tâ. 8um, 9um. 5tâ. caput 10um. 6tâ. 11um. 7ma. 12um, 13um, 14tum. 8vâ De definitione. 9nâ. Partium diſtributione. 10. Notatione, conjugatis. 11. De genere. 12. De ſimilitudine, 13. De contrariis. 14. De adjunctis. 15. De iisdem. 16. De iisdem & antecedentibus. 17. De cauſis. 18. De comparatione. 19. De locis extrinſecis. 20. Caput 31. 32. 33. 21. De affectibus, 22. De iisdem. 23. De amplificatione, 24. Caput 50. 51. 52. 25. De genere laudatorio. 26. De eodem, 27. De eodem. 28. Caput 53. 54. 55. 29. De fontibus inventionis ſacræ. 30. De iisdem. 31. De fontibus Amplificationis ſacræ, 32. De iisdem, 33. De iisdem.

*Libri* II. 34. De diſpoſitione, de exordio. 35. De vitiis exordii. 36. De fontibus exordiorum. 37. De propoſitione. 38. De eadem. 39. De Partitione. 40. De eadem. 41. De eadem in ſacris. 42. De confutatione. 43. De peroratione. 44. De Syllogiſmo. 45. De Enthymemate. 46. De Sorite. 47. De Dilemmate. 48. De collectione. 49. De Inductione.

*Liber.* III. 50. De Elocutione. 51. De ornatu in verbis. 52. De Metaphora. 53. De Synechdoche. 54. De Metonymia. 55. De Antonomaſia. 56. De Catachreſi&c 57. De Allegoria. 58. De Ironia &c. 59. De figuris. 60. De figuris per adjectionem. 61. Per detractionem. 62. Vocum ſimilitudinem. 63. De figuris ſententiarum. 64. Proſopopæia. 65. Apoſiopeſis. 66. Diſtributio. 67. De ſuavitate. 68. De junctura. 69. De Numero. 70.

Caput 35. 36. 37. 71. Caput 38. 39. 40. 72. Caput 41. 42. 43. 44. 73. Caput 45. 46. 47. 74. Caput 48. 49. 50. 75. De tribus dicendi generibus. 76. De iisdem. 77. De memoria. 78. De eadem. 79. De pronunciatione. 80. De eadem. 81. De geſtu. 82. De eodem.

Reliquis 50. diebus vel tota Rhetorica, vel capita præcipua repeti poſſunt, ea ratione, ut ſemper novam prælectionem, pridianæ repetitio præcedat.

## IV. *De Scriptione ſeu Thematis.*

SEcundùm Regulam menſibûs ſingulîs orationes ſingulæ abſolvendæ, earúmque thema vel in Principio Menſis, vel ſingulîs hebdomadîs per partes dictandum eſſet, ídque breve, quod tamen omnes orationis partes, ſuos item locos, amplificationes, figuras habeat. Hoc verò ut in iis Provinciis fieri poſſit, in quibus ſumma Rhetoricæ Cypriani jam in Humanitatis claſſe explicatur, at apud nos ad orationes gradus fieri nequit, antequam primus & ſecundus Suarii liber explanetur. Interim noſtrô more primis nimirùm quatuor aut quinque menſibus ſingulares exercitationes dictantur, præceptorum explanationi reſpondentes: ùt primis duobus menſibus de *locis* & *amplificatione*; ſequentibus duobus de *affectibus*, & *argumentationibus*; quintô de *figuris*. Semeſtri alterô orationes ſcribentur.

Tria verò ſunt Thematum genera, *primum* quod *elaboratum* appellemus, cùm materia aliqua ità jam digeſta, & in ordinem collocata dictatur, ut præter dilatationem aliquam & ornamenta nihil addendum ſit â Scholaribus. Hæc ſingulari curâ ac diligentiâ elaboranda ſunt, cùm pro modulo ſint, multúmque ad profectum meliorem faciant,

*Alterum Summarium* vocemus, cùm plùs jam aliquid tribuitur diſcipulis, & ſumma tantùm capita, ùt Partitio orationis, ejúsque argumenta capitalia ſuggeruntur, non

item

item minutim, quæ quòvis locò figura, amplificatio &c. adhibenda, indicatur. *Tertium* cùm verbò tantùm, & Propoſitio ſola, ſeu orationis argumentum ſignificatur, nempè cùm jam ſuîs alîs volare, ſuisque auſpiciis efficere aliquid poſſe creduntur.

Omninò nulli è Rhetorica exeundum eſſet, quin unam aliquam oratiunculam ſcripſiſſet; ejus argumentum ſingillatim omnibus præſcribendum â Magiſtro, quod illi penſa ordinaria (quæ tum leviora eſſe oportebit) ſuô Marte, ac privatô labore domi elaborent.

Hoc verò in ejusmodi materia verſabitur, quæ juvenum captui commenſa, in qua ipſi aliquid invenire & excogitare poſſint, ſuggeretur etiam fortaſsè liber, de eadem tractans. Cæteris verò faciliores, & fertiliores ſunt materiæ morales, Ethicæ, aliæque, de quibus majorem aliquam cognitionem, & indagandi occaſionem habeant.

Harum ſcriptionum *materiam* uberrimam ſubminiſtrant, non modò huic claſſi præſcripta cæſarum Hiſtoria, ſed omnes ſex libelli Hiſtorici; recentiora item pacis & belli negotia; res denique, quæ in orationem cadere poſſunt, omnes, ut adeò themata deeſſe non poſſint, quorum tamen ſylvam paratam ad manum habere convenit, v. g.

Oratio Moyſis Legati ad Pharaonem.

Ad Jephten, ne Jephtiadem filiam immolet.

Legati populi ad Samuelem, Regem ſibi dari petentis.

Abigail pro marito ad Davidem.

Pro Jonatha ob guſtatum mel reo defenſio.

Ad Roboamum, pro clementia.

Jaddi Pontiſicis ad Alexandrum M. deprecatoria.

Septem fratribus Macchabæis Panegyricus.

Hortatoria ad Salomonem jam delirum.

Actio in Achan furem.

Ad Apollinem, ne Phaëtonti currûs regimen permittat.

Ad Græcos, ne fœminæ causâ omnia permiſceant. vel ad Trojanos, ut Helenam Græcis dedant.

Laocoontis oratio ad Trojanos, ne equum intra mœnia admittant. *Argumenta ex Virgil.*

Ajax pro Armis Achillis ſibi adjudicandis; Ulyſſes pro ſe. *Ex Homero Argumenta.*

Petitoria Æneæ ad Latinum Regem, Laviniæ Sponſæ. *Ex Virgil.*

Themiſtocles ad Athenienſes, ut muros ligneos ſibi ædificent. *De commodis maritimæ potentiæ.*

Ad Athenienſes ne bellô Peloponeſiô diſtracti, in Siciliam expeditionem ſuſcipiant. *Argument. ex Thucydide.*

Philippica in Philippum R. Macedonum, & ejus creſcentem potentiam. *Argumentum ex Demoſthenis Philippicis.*

Ad Alexandrum M. ne Scythis bellum moveat. *Legatorum oratio eſt in Curtio.*

Defenſio Horatii ob ſororis Cædem.

Bruti ad Romanos oratio in Tarquinios.

Veturiæ oratio ad Coriolanum filium.

Attilio Regulo Panegyricus.

Ad P. R. de nova claſſe ædificanda bellô Punicô I,

Hano in Senatu Carthaginenſi ſuadet bellum in Romanos. *Livius.*

Ad Hannibalem, ut ab Cannenſi victoria rectà Romam petat. *Livus.*

Ad P. R. bellum in Affricam deportandum.

Item Fabii oppoſita ac diſſuaſoria. *Liv.*

P. Scipioni Panegyricus.

Catoris oratio de exſcindenda Carthagine.

Scipionis Naſicæ de eadem ſervanda. *Liv.*

Pompejum felicem magis quàm Magnum dicendum.

Invectiva in Romanos ſolâ ambitione per ſummam injuſtitiam Brunduſium, Baleares, Cretam &c. rapientes.

Menenii oratio ad plebem in monte ſacro. *Liv.*

Canuleii pro conſulatu plebi communicando. Ad

Ad Senatum de promiſcuis plebis & Nobilium connubiis. *Liv.*

Tib. Gracchi pro lege agraria oratio.

Corneliæ Matris ad C. Gracchum filium dehortatoria.

Marſi &c. petunt Jus Civitatis.

Suaſoria ad Syllam, ut dictaturam abdicet.

Lentuli Coſſ. oratio de Cicerone revocando.

Ad Cæſarem, ne Rubiconem tranſeat.

Cæſarem jure cæſum videri.

Ad Catonem, ne ſibi manus afferat.

Ad C. Octavium, ne Ciceronem proſcribat.

Invectiva in Antonium, ad Octavianum.

Mecænatis ad Auguſtum, ne Imperium abdicet, & Rempubl. reſtituat. *Tacitus.*

Mecænati Panegyricus.

Ad Auguſtum conſolatio ob cladem Quintilii Vari,

Arminii oratio ad ſuos Germanos de concordia adversùs Romanos. *Tacit.*

Pro Cremutio Cordo ad Tyberium defenſio.

Senatus ad Tyberium, ut Romæ habitare malit, quàm Capreis.

Invectiva in Caligulam.

Corbulonis ſuaſoria, ut in Britanniam veniat Claudius.

Galgaci Britanni oratio in Romanos *á Tacito perelegans.*

Oratio in Senatu, Neronem more Majorum plectendum. *Tacit.*

Ad Galbam, ne ſe T. Vinio nimiùm indulgeat.

Suaſoria ad Trajanum, ut vini moderatior ſit.

Ad Hadrianum, ne Templum Hieroſolymitanum violet.

Funeralis oratio Hadriano.

Panegyricus Antonino Pio.

In Caracallam actio de Parricidio.

Ad Alexandrum Severum; ut is Chriſti Sacra amplectatur.

Ad Gallienum ſuaſoria, ut Valerianum Patrem â Perſis captum liberet.

Pannones Probo gratias habent ob vitium culturam permiſſam. Invectiva in Probum ob eandem.

In Diocletianum Chriſtianorum Perſecutorem Philippica.

Ad Conſtantinum M vel Theodoſium M. ne dividat Imperium.

Concilium Nicænum Conſtantino M. ob vindicatam â diutina tyrannide religionem Chriſtianam gratiarum actoria.

Invectiva in Julianum Apoſtatam.

Ad Valentinianum III. pro Actio.

Ad Zachariam Pontificem de Pipino Regiis titulis ornandô

Ad Juſtinum pro Beliſario.

Ad Britannos, ne Anglorum auxilia advocent.

Invectiva in Ruffinum vel Eutropium ê *Claudiano*.

Juſtiniano Panegyricus.

Heraclio S. Crucis vindici laudatoria.

In Leonem Iconoclaſtarum Principem invectiva.

Pro Irene Imperatrice ad Nicephorum.

Ad Leonem Pontificem, ut Carolum occidentis Imperatorem renunciet.

Ludovici Pii defenſio ad filios.

Ad Henricum Aucupem, ne tributum Ungaris pendat.

Henrici IV. Legati ad filium Leodio.

Ad Principes Germaniæ tempore interregni.

Ad Electores pro Rudolpho Habſpurgio, vel hujus Panegyricus.

Ad Cruciatam invitatio Friderici I. Diſſuaſio ejusdem.

Invectiva in Græcos Imperatores, Cruciatarum inimicos,

Sua-

Suaſoria ad Electores de Exauthorando Wenceslao.

Hortatoria ad Fridericum IV. ut obſeſſæ Conſtantinopoli ſuccurrat.

In Viennenſes Fridericum in arce obſidentes.

Maximiliani I. Panegyricus.

Ad Electores pro Carolo V. eligendo.

Ad Carolum, ut cum gallia tranſigat, & in Turcas arma felicia vertat.

Philippicæ in Lutherum, & novatores.

Ferdinando II. gratiarum actoria, ob Provincias hæreſi purgatas.

Ad Richelium, ne extinctum jam Religionarium bellum adjutô Suecô ſuſcitet.

Legati Poloniæ ad Leopoldum pro auxiliis.

Legati Patavorum ad eundem pro auxiliis.

Invectiva in Gallos incendiarios ad Rhenum.

Ad Carolum Imper. ne Barcellonæ ſe obſideri patiatur.

Carolo Imperat. Panegyricus perpetui exercitûs inſtitutori.

Eidem viarum publicarum inſtauratori.

Venetorum gratiarum actoria, ob arma nullô ipſius emolumentô conjuncta.

## *Themata orationum varia.*

ORatio de lingua Græca diſcenda.

De laudibus & utilitate Hiſtoriæ.

Hortatoria ad Salisburgenſes religionis causâ, patriâ ſuâ emigrantes.

Suaſoria ad excollendam Poëſim & linguam Germanicam.

Invectiva in *Modam* vulgò dictam, & mutabilitatem veſtium.

Ad parentes, ne ſtudiorum causâ ad Lutheranas Academias dimittant filios.

Oratio contra aſcititium capillamentum.

Oratio pro eodem.

Laus urbis, in qua habitatur.

Adversùs eos, qui germanos, barbaros habent, ſcribúntque.

Neminem ſinè Poëtica pro vero litterato habendum.

Panegyricus Rudigero Starembergio Viennæ alias defenſori.

Ad Principes Chriſtianos de communi in Turcas fœdere ineundo.

An olim profana in foro, an hodie ſacra ê pulpito eloquentia plus dignitatis habeat?

An planis in locis, an montoſis habitatio melior?

Monarchicum Regiminis genus optimum.

Pro Ariſtocratia.

Hæreditaria regna, an electitia præſtent?

An domi, an in Gymnaſio meliùs diſcatur?

Parens ê tribus filiis, Oratore unô, Medicô alterô, Jurisperitô tertiô eum hæredem ſcribit, qui Reipublicæ plùs profuerit. Orationes tres.

Rhenus an Danubius nobilior fluvius?

Contra theatra & Hiſtriones.

Invectiva in Juvenalis dictum: *In ſacris quid facit aurum.*

An Galeni opes, an Juſtiniani honores potiùs ſequendi?

Thavonato militaris Xenodochii fundatori Panegyricus

Pygmæi, & gigantis certamen oratorium.

Vita ruſtica an urbana jucundior?

Auſtriæ Encomium.

Laus Hypochondriæ moderatæ.

Pictura an Muſica ars excellentior.

In Politicos Monaſteriorum opibus invidentes.

De miſeriis vitæ aulicæ oratio.

Pro vita Aulica. *Ex Luciano* de mercede conductis.

Gloria Germaniæ ex inventione Typographiæ.

Viti-

Vitiferæ regiones an frumentiferis præſtent?
An mercatores nobilium numerô habendi?
In tabacci uſum antiquis incognitum.
Litteris, an armis parta nobilitas major?
An ſex humaniores Scholas abſolviſſe, omni hominum conditioni aliquid commodet, etiam Mechanicis?
Aucupium, an piſcatus jucundior?
Invectiva in alearum ſeu chartarum ludum.

## *Paradigmata thematum pro Exercitationibus Rhetoricis primi Semeſtris.*

HArum exercitationum materia, æquè ùt in chriis alíſque Poëticis ſumitur, vel ex illuſtri quapiam ſententia authoris, vel adagio, vel ſelecto loco ex Hiſtoria. Paradigmata magnô numerô vulgavit P. le Jay in ſua Bibliotheca Rhetorum, ut adeò hoc labore haud ægrè ſuperſederem; quia tamen is liber non omnibus ad manum erit, nonnulla adjicienda ſunt.

## I. *Paradigma Exerc. De locis Rhetoricis.* Locus â definitione: *Nobilitas, ſola eſt atque unica virtus.*

DIces per periodum quadrimembrem, multos videri, dicíque nobiles, qui tamen hoc nomine minimè digni ſint. Rationem dabis per trimembrem, quia ſola virtus nobilem facit, quâ multi illuſtri licèt locô nati carent. Id probabis primùm â *definitione negativa* afferendo ea, in quibus nobilitas ſita non eſt, ùt ſunt titulus illuſtris, vita in otio, convivia ac voluptates, famulorum caterva, equi phalerati ac pompæ, venatus, fundi. v.g. Quid enim homo inaniſſimè an inde te nobilem exiſtimas, quòd cæca naſcendi ſorte, cujus tibi partem tribuere nullam potes, iîs progenitoribûs in lucem ſis editus, â quibus comitis, aut illuſtriſſimi titulos hæreditate traxiſti? an quia &c. eadem ratione, ſuprà

allata

allata paulò latiùs extendes. Tranſibis hinc ad *definitionem affirmativam* v. g. Ille, ille nobilis dicendus eſt, ille ſupra vulgus humile eminere, qui gentilitia arma ac inſignia inſigni, & ſuprà vulgus elatâ virtute illuſtrat &c. qui ſcientiîs animum excolit, vel in caſtris Patriæ ac Principi meret, qui ad labores militares promptus, in periculis intrepidus, opibûs ad gloriam non ad abdomen utitur, erga ſubjectos moderatus eſt & clemens. Quæ ſingula paulùm ab adjunctis amplificanda erunt.

## Locus â diſtributione partium: *Carolus M. Litterarum in Occidente reſtitutor.*

INchoabis â Periodo quadrimembri bene amplificata, dicésque, Carolum Imperatorem Magni titulos non minùs meruiſſe, quàm Conſtantinum aut Theodoſium. Subjunges Periodô alterâ vel hôc ſolô-titulô, ſi abſint cætera, Magnum habendum, quòd extinctas in Occidente bonas litteras in lucem revocaverit. Id oſtendes ab *enumeratione partium*, reſtituit Grammaticam Latinam & Teutonicam, 2. Hiſtoriam, 3. Philoſophiam & Mathematicam, 4. Leges quas multas ipſe tulit, 5. Theologiam & litteraturam in Clero, & ipſe contrà Iconoclaſtas librum ſcripſit. Singula hujus enumerationis membra paulò latiùs deducenda erunt. v. g. Jacebat velut in ruinis ſepulta bonarum artium Janua *Grammatica*, quam & ipſe ſic excoluit, ut non modò latinè, quod tum extrà ſacerdotium portenti inſtar erat, ſed quod haud paulò rariùs Græcè item loqueretur, quin ad nativam Teutonicam ſcabram tum, & aſperam, perpoliendam animum adjiceret, ventis, menſibus nomina excogitaret. *Hiſtoria* vix de Nomine erat nota &c.

## Locus â ſimili: *Jovis ut ſale parcè utendum.*

DIces per periodum trimembrem, ut nihil in ſermone & conſuetudine quotidiana amœnius opportunô jocô, ità nihil moleſtius homine nunquam non ridiculô. Rationem dabis â triplici ſimili, utendum ſcilicet jocô,

ut

ùt condimentô ad cibos, ùt vividô ac ſublimi colore ad picturas, ùt choro in Tragœdia, ùt diverticulo in longa via: v. g. Quemadmodum coci in apparandis epulis ſale ac condimentis cæteris, nonniſi præparcè, certóque modô ac menſurâ inſpergunt; contra vel optimi ſaporis obſonia, primæ notæ altilia, piſces, aves, ferina, ſi cumulatis nullóque delectu ingeſtis condimentis obruerit, tantùm abeſt, convivarum palatum irritent, inviténtque, ut faſtidium potiùs, nauseámque oggerant, ſimúlque ac delibatum fuerit hoc condimentorum chaos, reſpuatur: ità ſalsô ac ridiculô nihil lepidius, nihil magìs ad palatum, ità ſi nimius ſit, nihil inſulſius. Itaque jocùm adhibebit, ùt pictor vividum ac ſublimem colorem &c. Reliqua ſimilia in eundem modum dilatabis.

## Locus â contrario. *Lotharius ex Imperatore Monachus felicior in cella, quàm in ſolio.*

PEr figuram Proſopopœiæ induces loquentem jam Monachum Lotharium, ac beatiorem ſe in iis prædicantem, quæ regno omninò opponuntur, ùt in obtemperando, quàm imperando. 2. Juratâ paupertate rerúmque omnium nuditate, quàm Gazis regiis. 3. In herbis ac Jejuniis quàm extructis epulis. 4. In contemptu & ignoratione, quàm propè divinis honoribus. 5. In vili cucullo, quàm paludamentis ac ſceptris. 6. In clauſtri ſolitudine quàm palatii ſplendore. v. g. Ite Ite, res veſtras vobis habete Magni Principes ac Reges, qui ut terreſtria quædam Numina humanæ felicitatis apicem tenere, vobis videmini, dum infinita hominum multitudo, regna integra ſuſpenſa è nutu veſtro pendent; ab veſtris mandatis latum unguem diſcedere, capitale exiſtimant, quantò jucundiùs omni curarum morſu liberum, uni ſe homini aut Deo potiùs, cujus perſonam agit, jubenti ſimpliciter in viam ſalutis ducendum, regendúmque tradere &c. in eundem modum cætera deduces.

Lo-

## Locus â cauſis: *animâ valere præoptes quàm corpore.*

ORdieris â periodo quâ dices, plurimos mortalium de corporis valetudine ſollicitos, animæ ſalutem poſtremis habere, Perges ea in re ſummam eſſe perverſitatem, ſummam cæcitatem, quod oſtendes â quatuor cauſis, *efficiente* v. g. An ignoras miſer, unde tibi profecta ſit hæc, quâ animaris anima? Si vel Philoſophos conſulas, demiſſa quædam ab æthere divinitatis particula eſt, ſi Chriſtiana dogmata, Dei unius opus eſt, inter cætera ejus opera &c. (quæ paulùm enumerabis) præſtantiſſimum. Addes comparationem brevem: Si magnorum artificum opera ut Phidiæ, Apellis &c. vel ob authorum reverentiam magnâ curâ cuſtodiuntur, quam de animæ integritate ſollicitudinem haberi decebit. Progrediêre ad cauſam *formalem.* Quale autem hoc opus? Deum immortalem? quàm abſolutum, memoriâ infinitarum rerum, perſpicuitate ſummâ præditum, ſpirituale, omnis concretionis expers, incorruptum, immortale, æternum, quæ pluribus amplificanda ſunt. Tranſibis ad cauſam *finalem,* quæ eſt poſſeſſio ipſius Dei ac ſempiterna felicitas, quam pluribus deſcribes. Perges ad cauſam hominis *materialem:* quid autem corpus, cujus commodis & ſanitati unicè ſtudetis miſeri? maſſa nempè eſt ex humo compacta, morbis infinitis obnoxia, mortalis, putrida &c. concludes dicendo v. g. Jam ego temet conſulo, quem tu ê duobus morbis atrociorem, & magis cavendum exiſtimes, febrium æſtus, an projectam luxuriam; tumorem artuum, an arrogantiam? Hydropem, an avaritiam inexplebilem &c. &c.

## Locus ab adjunctis: *Factum Mulierum Winsbergenſium.* v. in *Conrado III. extollitur.*

*COnradus Imperator Guelfonis victor Winſpergam oppidum ad extrema redegerat, concedit tamen ut ſolæ fœminæ liberè emigrent, poteſtate inſuper facta, ut quantum hu*

*humeris efferre poſſent, aufferrent. Efferunt eæ maritos ſuos, ac una libertate donantur.* Amplificabis & exornabis ſactum hoc ab adjunctis *ante rem:* v g. Gaudium fœminarum ex hoc nuncio; earundem planctus maritos ſupremum ſalutantium, nempè ad cædem reſervatos. Colligunt quoque ſua pretioſiſſima Venit uni in mentem, nihil ſibi pretioſius chariúsque maritô, quem efferre conſtituit. Placet conſilium omnibus. Maritos in humeros recipiunt. *Cum re* Conradi exercitus in armis ac ordinibus ſuis expectat avidè muliebre agmen. Apertîs portîs Anhelæ & ob pondus ægrè greſſum molientes fœminæ per medios tranſeunt. Riſus aliorum, aliorum plauſus. *Poſt rem* deducuntur ad victorem, laudat is fidem, libertate & veniâ non ſolùm hos ſed oppidanos omnes donat. Facti memoria æterna erit.

## Locus â comparatione: *Græcam linguam diſcendam iis, qui ad litterati laudem aſpirent.*

PRo ingreſſu dices per periodum, mirum tibi videri, cùm exoticæ linguæ hodie â Germanis tantô ſtudiô colantur, Græcam negligi. Cauſam dabis, quòd ſinè hac nemo ad veræ litteraturæ laudem aſpirare poſſit. Id ab exemplo & comparatione probabis M. Catonis v. g. Intellexit id M. Cato, illud Romanæ integritatis exemplum &c. qui poſtquam maximîs in Republica dignitatibûs perſunctus eſſet &c. (breviter enumerabis ejus geſta) nihil ſua gravitate indignum judicavit, ut Sexagenarius Græcam ſibi omninò perdiſcendam conſtitueret, hujus elementa memoriæ vetulæ mandaret &c. Alterum exemplum erit Car. Magnus, & Otto II. Imperator, de quo ut hujus linguæ beneficiô in bello Apulo ſervatus ſit, ab adjunctis recenſebis.

*Alterum* ab locis exercitationis genus eſt, *Amplificationis*, cujus paradigmata non addo, partim ne longior ſim, partim quòd ab locis nihil niſi frequentatione ſeu conglobatione differant, eáque impreſſionem in obſtina-

ſtinatos majorem faciat, quam ſimplex ac una definitio &c.

*Tertium* exercitationis genus ſunt *affectus*, quorum argumenta paſſim occurrunt in ſex libellis Hiſtoricis v. g. *amoris & benevolentiæ*, ad Jonatham pro Davide: Oreſtis ad Pyladem: Ad Pop. Rom. pro Scipione Affricano: Titi Imperatoris imago, vel Joſephi Cæſaris.

*Odium* cieri poteſt Jeroboamo apud Iſraëlis Seniores: Paridi Helenæ raptori apud Trojanos proceres: Tarquiniis â Bruto concionabundo; Tib. Graccho à Scipione Naſica: Neroni Sanguinario apud Senatum: Wenceslao Imperat. apud Electores.

*Iram* in Athaliam concitabit Joiadas Summus Pontifex: Ajax in Ulyſſem Achillis arma ſibi vendicantem: Fulvius Coſ. in Capuanos ob defectionem ad Hannibalem: Romani Senatus in Jugurtham: In Julianum Apoſtatam: In Henricum V. in patrem, impium.

*Miſericordiam* movebit oratio Danielis pro Suſanna: vel Abigail pro Marito apud Davidem: Pro Polyxena ad concilium Græcorum: Pro captivis Cannenſibus apud Senatum: Pro Manlio Capitol. ad plebem: pro Valeriano Imp. ad filium Galienum: Caroli Craſſi ad Arnulphum Imp. *Spes & Confidentia* Macchabæorum fratrum adversùs Antiochum: Demoſthenes Athenienſibus poſt indictum â Philippo iisdem bellum: Scipioni in Affricam trajectum paranti: Popedii ad Marſos &c. oratio: Ad Conſtantinum M. in Maxentium euntem: Ad Ferdinandum II. ereptos Epiſcopatus repetentem ab hæreticis &c.

*Quartum* exercitationis genus ſunt *Argumentationes*, quarum Paradigmata itidem extant in memorata Bibliotheca P. le Jay, & in explicata Rhetorica, quibus aliquid amplificationis nec aliud erit addendum. Quamquam in his etiam extrà ſcriptionem ſæpiùs exercitandi eſſent, diſcipuli, ac provocandi ex improviſo, ut ſententiæ alicujus rationem inveniant, eámque in argumentationem redigant. Sit v. g. Sententia: *Vinum index mentis.*

Hujus

Hujus dicti, quæ tibi ratio venit in mentem? ℞. *Quia vinô obrutus, etiam tacenda ſinè diſſimulatione effutit, & latentes animi ſenſus prodit.* Age porrò & particularem propoſitionem reduc ad generalem ſeu Hypotheſin ad Theſin. ℞. *Omne illud eſt mentis index minimè fallax, quod latentes animi ſenſus ſinè ſimulatione prodit:* Huic Majori vel propoſitioni Syllogiſmi ſubjice particularem pro minore vel aſſumptione: ℞. *Sed vinum ad ebrietatem usque ingeſtum prodit omnia tacenda, igitur mentis index eſt certiſſimus.* Major equidem minimè controverſa, nec probationis indiga videtur, ecqui tamen probari inſuper poſſet? ℞. *Fortaſsè â comparatione ſpeculi, quod faciem ùt eſt repræſentat, vel frontis, oculorum vultûs, é quibus item animi imago elucet, qui ideò animi indices item vocari poſſunt.* Minoris autem quam probationem affers? ℞. *Quia vinum extinguit rationis uſum, cujus eſt cavere, ne quid occultum, ne latentes animi morbos ipſi aperiamus.*

Quæ in hunc modum voce & imparati attulerint, ſcriptô deinde complecti, & paulùm deduci jubeat, ne alia dictatione opus ſit.

*Quintum* exercitationis genus ſunt *Figuræ*, cujus Paradigmata in Candidato Rhetoricæ, ac paſſim habes.

## *Scriptiones ſecundi Semeſtris.*

HOc Semeſtri, ſeu quinque poſteriores menſes in oratione (quæ ſummum eſt Rhetoricæ opus) componenda exigendum eſt, itaque ſtandum Regula, ut ſingulis menſibus totidem orationes dictentur, & ſubſcribantur. Harum duo ſaltem themata omninò digeſta, & elaborata eſſe conveniret, ut vel in hoc modulo ac exemplari artem meliùs percipiant; duo item ſummaria; unum denique, cujus ſolùm argumentum indicetur, Juventio verò tota, diſpoſitio, elocutio ſuô cujusque ingeniô ac Marte perficiatur. In elaboratis illis, quæ dixi thematis, quia non partes ſolùm orationis omnes, argumenta, argumen-

mentationes, harum amplificationes, ordo, ſed & Figuræ minutim dictandæ ſunt. Paradigmata afferre, prolixum nimis foret, molémque libelli ultrà juſtum augeret.

## V. *De Declamationibus & Academia.*

CUm Declamationum, propria ſit, nec aliis claſſibus communis exercitatio, videndum *primò*, quid de his ratio, *ſtudiorum præcipiat*; *Secundò*, quæ Romanæ & aliarum Italiæ, Galliæque Provinciarum praxis; *tertiò*, quibus in rebus ad Regulæ modulum fortaſsè uti iùs accedi poſſet.

I. Regula Profeſſoris Rhetoricæ duo ſtatuit Declamationum genera, *Privatas*, & *Publicas*, vel alio nomine hebdomadarias, & Menſtruas. *Privatæ* alternis Sabbathis, poſtremâ antemeridianâ ſemihorâ, convenientibus item Humaniſtis habenda eſſet ità, ut ūnus pluréſve vel Authorem, Ciceronem nempè ſeu Virgilium Magiſtri inſtar interpretentur, vel brevem orationem, vel conditum â ſe Poëma vel Elegiam recitent.

Publica verò Declamatio, quia ſingulîs ferè menſibûs habenda, aliàs menſtrua dicta in templo vel aula Academica invitatîs etiam altioribus Scholìs, aliíſque ſpectatis auditoribûs eum in modum inſtituenda eſſet, ut unus, duo, pluréſve graviorem & elaboratam orationem, vel Poëma ê ſuggeſtu declament; vel denique Declamationem propriè dictam, quâ nempè rationibûs in utramque partem expoſitîs, â Judice ſententia pronunciatur.

Præter ſtatas has permittitur, ſi viſum fuerit Rhetori *Privatam ſcenam* adornare, quæ in eo eſt, ut Ecloga aliqua, vel Dialogus, vel Tragica ſcena omnibus quidem ſcribenda ſeu componenda detur; illa verò, quæ optimè ſcripta fuerit, diſtributis interloquentium perſonis exhibeatur in Schola, ac nullô omninò *Scenico ornatu* vel aparatu.

In his porrò ſeu Publicis ſeu Privatis Declamationibus duo

duo obſervanda præſcribuntur : *Alterum* ut declamanda oratio vel Poëma diligenter quidem corrigatur & expoliatur, *nunquam tamen à Magiſtro integra fiat.* Rationem addit, ut ſcilicet non memoria diſcipulorum ſolum, ſed & ingenium excollatur. *Alterum* laborandum eſſe, ut vocem, geſtum, actionem omnem cum dignitate moderentur Declamatores. Ad hunc modulum de cribuntur à ſapientiſſima ſtudiorum ratione Rhetorum Declamationes, nam de Humanitatis Profeſſore nulla uſpiam fit mentio. Videndum nunc, Italicæ, Gallicæque Provinciæ, quem morem teneant.

II. Cùm Regula ſingulîs *ferè* menſibûs (adjectâ particulâ reſtringente) habendas velit, Romæ aut alibi, quinquies aut ſexies habentur, quod item nobis uſitatum. Fiunt autem, qua ſuprà diximus forma, ut nempè unus pluréſve coram graviſſimis hoſpitibus, orationem aut carmen ritè à Magiſtro expolitum, vel Declamationem propriè dictam, ſeu Problema ex editiore loco habeant; quin cuiquam de ullo apparatu Scenico quidquam in mentem veniat. In celebrioribus univerſitatibus Profeſſor ipſe vel in ſtudiorum initio, vel occaſione nati vel inaugurati Principis, victoriæ &c. probè elaboratam orationem vel Poëma declamat; quales ſunt, Proluſiones Stradæ, orationes Guiniſii, Bencii, Perpiniani, Cellotii & aliorum Patrum Gallorum, Juventii, Poireti &c. à veteranis nempè Magiſtris, & diutinô ſtudiô concinnatæ, magnóque plauſu acceptæ. Hujus locô in noſtris Univerſitatibus in Gradu Philoſophico libellus editur, unam, pluréſve orationes Profeſſore Authore dignas continens. Cæterùm

III. Ad Regulæ normam accedetur propiùs, ſi 1. non tam Dramatia, quàm propriè dictæ Declamationes fuerint; hoc eſt, nec veſtibus, nec paratibus aliis Comicis. 2. A diſcipulis ipſis componantur, & elimentur duntaxat â Magiſtro; in actione verò ſic exerceantur, ut ne Schola, vel temporis diviſio quidquam perturbe-

tur. Et perſuaſum ſibi habeat Magiſter, probè inſtitutos diſcipulos, quique non Declamare ſolùm, ſed & egregium quid ſuo Marte ſcribere nôrint, veram eſſe & unicam docentis laudem; nec de ipſius eruditione per has exercitationes tam operoſas *periculum* fieri: deinde Declamationibus nequaquam id ſpectandum, ut ſcenicâ varietate paſcat item oculos, & alliciat, vel oblectet Auditores; certus ſit denique, â nemine Superiorum reprehenſionem ſibi formidandam, ſi ad Regulæ ſuæ normam orationes ejusmodi vel carmen â pluribus ſinè alio paratu declamari fecerit.

Themata erunt eadem, quæ ſuprà de orationibus attulimus, & ex Hiſtoria petitæ dignitatis habebunt plurimùm. Primô Semeſtri Chria fortaſse ità diviſa ut plures in actione exerceri poſſint, vel locorum, vel affectuum variorum exercitatio, oratio verò non antè dicetur, quàm poſt explicatum primum & ſecundum Cypriani librum, ejus condendæ artem didicerint. Varii item temporum eventus materiam miniſtrabunt, ùt ſi dum hæc ſcribo Panegyricus fiat Eugenio, quòd expeditione annô 1734. ad Rhenum, nihil agendô plurimùm egerit. Vel celebrem ejus ad Heilbronnam receptum extollam: vel Anglos adhorter ad præſtandam ex fœdere, Cæſari utramque Siciliam: vel Mercyo ad Parmam cæſo funebre carmen pangam &c.

Unius Declamationis locô utiliter inſtituetur Academia Hiſtorica ex prima libelli parte usque ad periodum Auſtriacam ſeu Albertum II. Imperatorem. v. g.

Quæ eſt origo Nominis & factionis Guelforum & Gibellinorum?

Quot Cæſarum periodi? quis annus cujusque primus?

Qui violenta morte ſublati?

Qui de imperio inter ſe pugnârunt?

Quinam expeditionem in terram ſanctam ſuſcepêre?

Quæ

Quæ fuit Electio Rudolphi Habſpurgici, quæ ejus de Imperio merita?
Quis fuit *Vitricus* Imperii dictus & cur?
Quot Nominibus appellatur Henricus II.?
In quos imperatores ipſi filii rebellârunt?
Quis Imperatorum ê prava tutela corruptus?
Quæ Caroli IV. de Germania merita? de Bohemia?
Ut Burgundia Imperio adjecta eſt?
Recenſe interregni magni mala.
Quomodo regio ſupra Onaſum acceſſit Auſtriæ?
Quinam Cæſares de Eccleſia optimè meriti?
Cur Wenceslaus eſt exauthoratus?
Quomodo Hunni in Germaniam pertracti?
Quinam fuêre per interregnum Cæſares exteri?
Quis conditor Maurbaci, quæ ejus fortuna?
Quinam fuêre maximi Eccleſiæ hoſtes?
Eccleſiæ hoſtes, quô mortis genere periêre?
Quinam in locum Henrici IV. electi?
Qui fuêre Caroli IV. errores?
Saxonibus qui præcipuè hoſtes fuêre?
Quæ Henrici Aucupis merita?
Quis fuit Wittekindus?
Quod fuit primum in Turcas bellum?
Quomodo Hunni denique ab Germania depulſi?
E tribus Conradis, quem optimum cenſes?
Quæ fuêre Sigiſmundi cum Huſſitis bella?
Quô ingeniô fuit Ludovicus Bavarus?
Quâ indole Fridericus II.?
Quæ clariora præ cæteris prælia exiſtimas?
Quid variis Imperatoribus cum Dania negotii fuit?
Qui reges ab Imperatoribus dicti?
Quomodo Auſtriacæ Provinciæ Habſpurgicis acceſsêre?
Quis Genius Friderici I.?
Qui Imperatores Hiſtoriâ ſunt delectati?
Quid Lotharingiæ causâ negotii fuit?

Quando cum Ungariæ regibus pugnatum?
Quales fuêre Hunnorum excurſiones?
Mediolanum cur ſale conſitum?
Quale Schiſma turbavit Eccleſiam? Quomodo ſublatum?
Quinam poſt Arnulphum Italiæ Reges?
Quæ Ottonis M. in Italia acta?
Quæ reliquorum Ottonum acta in Italia?
Quando maximè defluere cœpit Cæſarum poteſtas?
Quis cum fratribus bella geſſit?
Ut litteras promovit Carolus Magnus?
Cur Imperator dictus Carolus Magnus?
Nihil unquam audîſti de Magno Rolando?
Qui quô tutore Ludovicus Infans? &c.

Talis inquam erit prior ex Hiſtoria Academia, nam altera ùt aliis in claſſibus circa anni finem ipsô examinis pro hoc præmio die ante feſtum natæ Virginis optimè habebitur. Sinè Academica hac exercitatione in Hiſtoria facturos aliquid fruſtra ſperat; languebunt omnia, vel ad anni marginem differentur. Atqui Adoleſcens in omnibus ſex libellis egregiè verſatus, ſolidiſſima jecit univerſalis Hiſtoriæ fundamenta, fructúsque non magni laboris in omnem vitam capiet maximos, cæptáque & utilitate, & facilitate, & voluptate maximâ ità exædificabit, ut vir ſeu ad ſacra ſeu politica inſigniter habilis evadat.

## VI. *Typus experimentorum pro Præmiis.*

CUm Profeſſores iis in rebus maximè exerceant ſuos, eóque totam docendi rationem dirigant, è quibus in decretoria ſub anni finem periclitatione, examinandos intelligunt, plurimùm intereſt, ut quæſtiones ſint ejusmodi, qualem doctionem eſſe oportere diximus: Atque ut in hac cavendum eſt 1. Ne Logicîs ſubtilitatibûs, & diſtinctionum argutiîs magnâ optimi temporis jacturâ, nullá ad veram eloquentiam utilitate ſuorum ingenia divexet

vexet. 2. Ne verbis regulæ alligentur ſerviliter, ſed id ſpectetur unicè, ut rem, vim, ſensúmque Præceptorum ritè percipiant, idque magis, quòd multis in Provinciis ne memoriæ quidem mandentur Cypriani Tabulæ; 3. Ut ne in Indicioli generé, Statibus &c. multùm immoretur, cùm ejus uſus hodie ſit nullus; ita inquam nullam de his quæſtionem fore ſibi perſuadeant diſcipuli, quò intentiùs ſolidis vacetur, atque inania hæc prætermittantur. Erunt igitur tales v. g.

*In hac Periodo* (quæ in ſchedula ſcripta datur) *Ecquid milites tot pericula ſuſcipitis, niſi ut ſtipendia; ecquid litterati tot vigilias impenditis, niſi ut ſcientiæ famam; ecquid opifices tot labores exantlatis, niſi ut tenuem mercedem conſequamini? Et vos Chriſtiani breves moleſtias pro æternæ vitæ præmiis perferendas non putabitis?*

*In hac Periodo qualis argumentatio?* ℞. Inductio. *Ex quo loco petita?* ℞. A comparatione. *An Majorum, minorum &c.* ℞. Minorum. *Cur?* ℞. Quia eſt affirmativa.

*Quæ inſunt Figuræ?* ℞. 1. Apoſtrophe. 2. Interrogatio. 3. Repetitio. 4. Diſtributio. 5. Compar. 6. Adjunctio. 7. Disjunctio. 8. Similiter cadens.

*Quomodo docilis in Exordio redditur Auditor?* ℞. Si Propoſitio ſit clara. 2. Si Partitio ſeu Diviſio perſpicua fuerit.

*Suaſurus majorem diligentiam, quibûs argumentis optimè uterer.* ℞. A facili, honeſto, utili. *Quô argumentô ſeu locô.* Exempla hìc maximè valent, antiqua, ſeu recentia.

## *Quæſtiones ex Hiſtoria,*

QUi *Imperatores capti fuêre?* ℞. Ludovicus 1. 2. Henricus Quartus. 3. Fridericus Pulcher. 4. Fridericus IV. & Maximilianus II.

*Qui exauthorati?* Carolus Craſſus. Adolphus, Wenceslaus.

*Qui in itinere mortui.* ℞. Lotharius. 2. Henricus VII. 3. Fridericus I. 4. Albertus II, 5. Maximilianus I. Poſſet addi Albertus I,

*Qui abdicârunt ?* ℞. Lotharius. Carolus V. olim etiam Diocletianus & Maximianus.

*Recenſe Imperatorum omnium nomina â Carolo M.* ℞.

## *Thema Carminis pro Præmiis.*

### *Epinicion Carolo V. Imperat. cùm abdicatô Imperiô in D. Juſti Cœnobium ſe abderet.*

HEroëm tibi nulla parem diu ſæcla tulêre
Carole, qui victis Reges & jura dediſti
Ardentis Lybiæ populis: qui nomine ſolô
Immenſas Aſiæ vires, magnique Orientis
Feciſti, trepidè converſis cedere ſignis:
Maxima quem pars Europæ, quem Francia faſtu
Depoſitô ſupplex, Dominum Arbitrúmve veretur.
Numina cui tribuêre novum, quô creſceret, Orbem,
Orbem, maturi fœcundum montibus auri.
An quis erit, qui Pompeiô, vel Cæſare; magnis
Ottone aut Carolo te dixerit eſſe Minorem?
Aſt tantum te qui vicit, qui ſceptra, coronas
Imperium magnum eripuit, nudúmque remota
Et profugum in latebra te condere velle coëgit,
Hic certè Magnis, jactat quos cana vetuſtas,
Major, & Heroum quidam cenſebitur Heros.
Hæc tuamet de te eſt Victoria Carole Cæſar
Non niſi cæleſti dignè penſanda triumphô
Fortior eſt, qui ſe, quàm qui vel quatuor orbis
Partes debellat, cæli ſuper alta vehendus.

## *Thema.*

PArem tibi Heroëm nullum diu ſæculum protulit; qui victe Affricæ Reges dediſti; qui ſolô nomine totius Aſiæ vires fugâſti: quem pars magna Europæ, & ſupplex Francia, vel Arbitrum veretur vel Dominum: cui

Deus novum orbem ſubjecit, auri montibus fœcundum. Quisnam te Pompejô aut Cæſare minorem dicat? Atqui te, tantus cùm ſis, devicit; qui grande imperium tibi eripuit; & rebus omnibus exutum in remota eremo latere coëgit; Is certè Heroibus, quos vetuſtas jactat omnibus Major cenſendus erit. Hæc ô Carole tuamet eſt de te Victoria, nonniſi cæleſti triumphô celebranda.

## *Thema ſolutæ pro Præmiis.*

### *Exercitatio Oratoria,*

*Quâ ſuadetur Friderico IV. Imperat. ut obſeſſæ per Turcas Conſtantinopoli ſuccurrat.*

*EXordium.* Duces optimos quosque â Carolo M. Imperatores muneris ſui duxiſſe, agere Advocatos Eccleſiæ, eámque temporibûs durîs omni ope tueri.

*Propoſit.* Univerſo Chriſtiano Nomini graviſſima pericula imminent, ſi Turcæ captâ Conſtantinopoli occupatáque totum Orientis Imperium occupent. Itaque hortaberis Fridericum, ut delectus habeat, auxilia cogat, ſuppetias obſeſſis maturet.

*Confirm.* 1 *â facili,* Nicolaus Pontifex expediet arma ſpiritualia, ac Principes Chriſtianos ad vires, armáque præeunti Imperatori ſocianda permovebit. Probabis id ab *Exemplo* Cruciatarum Expeditionum, ad quas Myriades hominum, Regésque ac Principes potentiſſimi confluxêre. Urgebis â *Diſſimili*, dicésque longè graviores illas Conradi, Fridericorum, Ludovici S. expeditiones fuiſſe, quia 1. ob diſtantiam locorum, cùm in Syriam usque ducendum eſſet. 2. Ob maritima pericula, & ingentes, quæ in claſſes fieri debebant expenſas; 3. Ob annonæ difficultatem. Faciliora nunc omnia, propinquam Conſtantinopolim, ſolam Ungariam emetiendam; ejusdem campos fertiliſſimos frumenti abunde commeatum ſecundùm Danubium præbere.

Subjunges per *Anteoccupationem*, ne Imperator cla-

dē Sigiſmundi ad Nicopolim acceptâ terreatur. Victos aliàs, poſtmodùm ſæpiùs victores fuiſſe, & præteritos errores pro Documento fore.

*Confirm.* 2. *á Neceſſario*, ſeu â *Conſequentibus.* Si enim Conſtantinopolim everti ſinet Fridericus, & Palæologorum Imperium exſcindi, ſola Ungaria Germaniam â Turcis dividet. Hanc vero nullô negotiô brevi ſubjugatum iri oſtendes 1. â *Comparatione* ſi enim ſtantè adhuc Græcorum Imperiô Græcium, Boſniam & Ungariæ Januam Belgradum partim vaſtavit, partim occupavit Turca, quàm facilè tantîs incrementîs auctus protereret Ungariam. 2. Ab ejus potentia immani, totius Orientis tributîs crudeliſſimè exactîs, tot regnorum ſpoliis, nativâ crudelitate, Chriſtiani Nominis odiô, copiarum numerô infinitô.

*Concluſio.* Itaquê Græcæ urbis periculum, nequaquam ut alienum, aut valde remotum conſiderandum Friderico, verùm ſubſidia non minùs diligenter maturanda, quam ſi ad Viennæ portas eſſet hoſtis.

# TYPUS
## DIVISIONIS TEMPORIS
## *PRO*
## QUATUOR GRAMMATICÆ
## *ET*
## HUMANITATIS SCHOLIS.

### *Diebus quibus in Scholis nihil componitur.*

1â. *Semihorâ* Lectiones.
2â. Correctio argumenti.
3â. Repetitio explicationis præceptorum, cum concertatione.
4â. Nova prælectio Præceptorum mixta examini.
5â. Hiſtoriæ fuſior explanatio. Ultimo quadrante vel primitiva, vel Derivata, vel Flores Latinitatis, vel Flores Poëtarum pro ratione Scholæ.

### *A Meridie.*

1 Lectiones.
2. Repetitio explicationis Authoris, cum concertatione.
3. Nova prælectio Authoris mixta Examini.
4 Dictatio Thematis.
5 Hiſtoria. Ult. quadrante: Primitiva vel &c. &c.

### *Diebus quibus in Schola Thema componitur.*

1. *Semihorâ* Lectiones.
2. Explicatio præceptorum.
3. 4. 5. Dictatio & compoſitio thematis.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Repetitio Authoris, Concertatio.
3. Ejusdem Nova prælectio, Examen.

4. Dictatio Thematis.
5. Hiſtoria. Primitiva &c.

## *Diebus Veneris.*

1. *Semihorâ* lectiones, & reliqua ùt diebus, quibus nihil componitur.

## *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Explicatio Authoris, & quadrante ſi opus ſit, correctio thematis.
3. Explicatio Græca.
4. } Compoſitio Græca.
5. }

## *Die Sabbathi.*

1. Lectiones.
2. }
3. } Repetitio Præceptorum. Concertatio.
4. }
5. Repetitio Hiſtoriæ. Concertatio.

## *A Meridie diebus Sabbathi & profeſtis.*

1. Lectiones.
2. Repetitio Authoris.
3. Dictatio.
4. Explicatio Catechiſmi.

## *Cùm mediâ die vacatur.*

1. Lectiones.
2. Authoris explicatio.
3. Dictatio.
4. Hiſtoria.

## *Diviſio temporis pro Schola Humanitatis, Diebus quibus non componitur in Schola.*

1. Lectiones.
2. Correctio Thematum.
3. } Explicatio Rhetoricæ.
4. }

*A me-*

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. 3. Explanatio Ciceronis.
4. Dictatio, & Hiſtoria.

### *Diebus quibus componitur.*

1. Lectiones.
2. 3. 4. Dictatio, & compoſitio.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Explanatio Ciceronis.
3. Explanatio Præceptorum.
4. Dictatio, & Hiſtoria.

### *Diebus Veneris.*

1. Lectiones.
2. Correctio.
3. 4. Explanatio Præceptorum.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Explanatio Ciceronis.
3. Præcepta Græca.
4. Compoſitio Græca.

### *Diebus Sabbathi, & Profeſtis.*

1. Lectiones.
2. Repetitio. Concertatio Præceptorum.
3. Repetitio Authoris.
4. Repetitio Hiſtoriæ.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Dictatio.
3. Explicatio Catechiſmi.

### *Si mediò die vacetur.*

1. Lectiones.

2. Dictatio.
3. Hiſtoria.

## *Diebus Canicularibus diviſio temporis.*

### *Diebus quibus non componitur.*

1. Lectiones, & correctio.
2. } Explicatio Præceptorum.
3. }
4. Hiſtoria.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Dictatio Thematis.
3. Explanatio Authoris.

### *Diebus quibus componitur.*

1. Lectiones.
2. 3. 4. Dictatio, Compoſitio.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. Dictatio.
3. Author.

### *Diebus Veneris.*

1. Lectiones.
2. } Explicatio Præceptorum.
3. }
4. Author.

### *A Meridie.*

1. Lectiones.
2. 3. 4. Explicatio & compoſitio Gr ca.

### *Diebus Sabbathi.*

1. Lectiones.
2. Repetitio Præceptorum.
3. Repetitio Authoris.
4. Repetitio Hiſtoriæ.

### *A Meridie* utì & *Profeſtis.*

1. Lectiones. Dictatio Thematis.
2. Explicatio Catechiſmi.

## *In Schola Rhetoricæ.*

### *Diebus, quibus non componitur.*

1. Lectiones, Correctio.
2. 3. Explanatio Præceptorum, & Hiſtoriæ.

### *A Meridie.*

1. Lectiones. Examen.
2. Dictatio thematis. Hiſtoria.

### *Diebus quibus componitur.*

1. Lectiones. Dictatio Thematis.
2. 3. Compoſitio.

### *A Meridie.*

1. Lectiones. Examen.
2. Dictatio. Hiſtoria.

### *Diebus Veneris.*

1. Lectiones. Correctio.
2. 3. Explanatio Præceptorum.

### *A Meridie.*

1. Lectiones. Græca explicatio.
2. Scriptio Græca.

### *Diebus Sabbathi.*

1. Lectiones.
2. Repetitio Præceptorum.
3. Repetitio Authoris.

### *A Meridie.*

1. Lectiones. Dictatio Thematis. Catechiſmus.

# DIVISIO TEMPORIS.

## PRO DUABUS GRAMMATICÆ CLASSIBUS CONJUNCTIS.

### *Diebus, quibus non componitur in Schola.*

1. 2. 3. Horæ quadrante, audiuntut lectiones, corriguntur themata ſuperioris Scholæ.
4. Dictatur breve thema utrique Scholæ commune.
5. 6. Explicantur Præcepta Scholæ ſuperiori. Et 7. Hiſtoria. Interim componit thema Schola Inferior.
8. 9. Præcepta Scholæ Inferioris. 10. Ejuſdem Hiſtoria. Interim componit Schola ſuperior.

### *A Meridie.*

1. & 2. Lectiones. Corriguntur themata inferioris. Aſſignatur utrique Scholæ verſio vel Regulæ, exemplis illuſtrandæ. &c.
3. & 4. Dictatio thematis communis.
5. 6. Author Superi. Scholæ. 7. Ejuſdem Hiſtoria. Faciunt interim ſuam verſionem Inferiores.
8. & 9. Author Inferioris. 10. Ejuſdem Hiſtoria. Vertunt interim ſuperiores.

### *Diebus, quibus componitur.*

1. *Semihorâ* Lectiones.
2. Dictatio Thematis.
3. 4. 5. Compoſitio Thematis.

### *A Meridie.*

1. Lectiones. Aſſignantur vertenda.
2. *Semihorâ* Dictatio Thematis communis.
5. Quadrante & 6. Author Scholæ Superi.
7. Ejuſdem Hiſtoria.
8. & 9. Author Scholæ inferioris. 10. Hiſtoria. Interim fit alternis verſio.

*Die-*

## *Diebus Veneris.*

Matutinò tempore ùt diebus, quibus nihil componitur.

## *A Meridie.*

1. *Semihorâ* Lectiones. Correctio Thematum.
2. *Pro Parviſtis & Principiſtis.* Author ſuperioris Scholæ. Vertit Inferior.
3. Author Inferioris. Vertit Superior.
4. Explicatio Græca utrique Scholæ.
5. Scriptio utriusque.

## *Pro Grammatica & Syntaxi.*

2. Explicatio Græca Superi.
3. Explicatio Græca Inferiori.
4. & 5. Scriptio Græca.

## *Diebus Sabbathi.*

1. Lectiones, & ſi quid ſuperſit, correctionis.
2. & 3. Concertatio ex Præceptis utriusque Scholæ.
4. & 5. Concertatio utriusque ex Authore totius hebdomadæ.

## *A Meridie utì & Profeſtis.*

1. Lectiones.
2. Concertatio utriusque ex Hiſtoria.
3. Dictatio Thematis communis.
4. Catechiſmus utriusque attendente interim parte altera.

# DIVISIO TEMPORIS.

## *PRO*

## POESI ET RHETORICA CONJUNCTIS.

## *Diebus, quibus non componitur.*

1. & 2. Quadrante lectiones Poëtarum, & Correctio Thematis. Occupationis materia datur.

3. & 4.

3. & 4. Lectiones Rhetorum. Correctio. Occupationis materia.
5. 6. Explanatio præceptorum Rhetoricæ. 7. Hiſtoria.
8. 9. Explanatio præceptorum Poëſeos.
10. Eorundem Hiſtoria.

## *A Meridie.*

1. & 2. Lectiones Poëtarum, & occupandi materia.
3. & 4. Lectiones Rhetorum, & Occupatio
5. 6. Author Rhetorum.
7. 8. Author Poëtarum.
9. 10. Dictatio Thematis.

## *Diebus, quibus componitur.*

1. Lectiones. 2. Dictatio Thematis Poëtis.
3. Lectiones Rhetorum. 4. Dictatio Thematis. Reliquâ ſesqui-horâ compoſitio.

## *A Meridie.*

Idem tenetur ordo, qui diebûs nullâ Compoſitione impeditîs.

## *Diebus Veneris.*

Manè ût ſuprà.

## *A Meridie.*

## *Diebus Sabbathi.*

1. & 2. Lectiones Poëtarum.
3. & 4. Lectiones Rhetorum. Concertant interim Poetæ de Præceptis.
5, 6. 7. Concertant Rhetores de Præceptis, & pergunt Poëtæ.
8, 9. 10, Concertatio ex authore.

## *A Meridie.*

1. & 2. Lectiones Poëtarum, & Concertatio usque ad dictationem ex Hiſtoria.

3. 4. Lectiones Rhetorum, & concertatio Hiſtorica.
5. 6. Dictatio Thematis communis.
7. 8. Catechiſmus.

## *Cùm mediâ die vacatur.*

1. & 2. Lectiones Poëtarum. Et Correctio.
3. & 4. Lectiones Rhetorum. Concertant Poëtæ.
5. & 6 Dictatio Thematis communis.
7. 8. Communis aliqua Hiſtoria, vel aliquid ad eruditionem pertinens.

## *Diebus Canicularibus.*

### *Pro duabus conjunctis Scholis.*

1. & 2. 3. Lectiones. Correctio unius Scholæ, & breve Thema.
4. 5. Præcepta ſuperioris Scholæ.
6. 7. Præcepta inferioris.
8. Examen.

## *A Meridie.*

1. & 2. Lectiones. Correctio alterius Scholæ.
3. & 4. Dictatio Thematis communis.
5. & 6. Examen, vel ex authore. Utroque quadrans unus; vel Hiſtoria.

## *Pro diebus, quibus componitur.*

1. 2. Lectiones.
3. Dictatio Thematis communis.
Reliquò tempore compoſitio.

## *A Meridie.*

1. Lectiones. 2. Dictatio Thematis.
3. 4. Author Superioris.
5. 6. Author Inferioris.

## *Diebus Veneris.*

Manè ùt die, quâ non componitur.

*A Meridie.*

1. & 2. Lectiones. Reliquò tempore Explicatio & compoſitio Græca.

*Diebus Sabbathi.*

1. & 2. Lectiones.
3. & 4. Concertatio ex Præceptis.
5. & 6. Còncertatio ex Authore.
7. & 8. Ex Hiſtoria.

*A Meridie,*

Lectiones, Dictatio Thematis, Catechiſmus.

# FINIS.